de grege dñi sui ꝛ abiit. ex om̃ib᷒ bonis eĩ por
tans sec̃. P̃fectusq; p̃rexit in mesopotamiã
ad urbẽ nachor. Cũq; camelos fecisset accũ
bere ext̃ oppidũ iux̃ puteũ aque uespe. eo tp̃e
q̃ solent mulieres egredi ad hauriendã aquã. dix.

Domine deus domini mei abraham occurre hodie ob-
secro mihi, et fac misericordiam cum domino meo abraham. Ecce
ego sto prope fontem aque, et filie habitatorum huius
civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur
puella cui ego dixero inclina ydriam tuam ut
bibam, et illa responderit bibe quin et camelis tuis
dabo potum, ipsa est quam preparasti servo tuo ysaac.
Et per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum domino meo.
Necdum intra se verba compleverat, et ecce rebecca
egrediebatur filia bathuel filii melche uxoris
nachor fratris abraham, habens ydriam in scapula,
puella decora nimis, virgoque pulcherrima et
incognita viro. Descenderat autem ad fontem et imple-
verat ydriam, ac revertebatur. Occurritque ei servus et
ait. Pauxillum mihi ad sorbendum prebe aque de ydria
tua. Que respondit. Bibe domine mi. Celeriterque
deposuit ydriam super ulnam suam, et dedit ei po-
tum. Cumque ille bibisset, adiecit. Quin et camelis
tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundens-
que ydriam in canalibus, recucurrit ad puteum
ut hauriret aquam, et haustam omnibus camelis
dedit. Ille autem contemplabatur eam tacitus, scire vo-
lens utrum prosperum fecisset iter suum dominus an non.
Postquam ergo biberant cameli, protulit vir inaures
aureas, appendentes syclos duos, et armillas
totidem, pondo syclorum x. dixitque ad eam. Cuius es
filia? Indica mihi. Est in domo patris tui locus
ad manendum? Que respondit. Filia bathuelis sum
filii nachor, quem peperit ei melcha. Et addi-
dit dicens. Palearum quoque et feni plurimum est apud
nos, et locus spaciosus ad manendum. Inclina-
vit se homo, et adoravit dominum dicens. Benedictus
dominus deus domini mei abraham, qui non abstulit misericordiam
et veritatem suam a domino meo, et recto itinere me
perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaque
puella et nunciavit in domum matris sue omnia que
audierat. Habebat autem rebecca fratrem nomine la-
ban, qui festinus egressus est ad hominem ubi erat
foris. Cumque vidisset inaures et armillas in
manibus sororis sue, et audisset cuncta verba re-
ferentis: hec locutus est mihi homo, venit ad virum
qui stabat iuxta camelos prope fontem aque, dixit-
que ad eum. Ingredere benedicte domini. Cur foris

stas? Preparavi domum et locum camelis. Et intro-
duxit eum in hospicium, ac destravit camelos,
deditque paleas et fenum, et aquam ad lavandos pe-
des camelorum et virorum qui venerant cum eo. Et ap-
panis positus est in conspectu eius. Qui ait. Non comedam donec
loquar sermones meos. Respondit ei. Loquere.
At ille. Servus inquit sum abraham, et dominus benedixit
domino meo valde, magnificatusque est, et dedit ei bo-
ves et oves, argentum et aurum, servos et ancillas,
camelos et asinos. Et peperit sara uxor domini mei
filium domino meo in senectute sua, deditque ei omnia
que habuerat. Et adiuravit me dominus meus dicens.
Non accipies uxorem filio meo de filiabus chana-
neorum in quorum terra habito, sed ad domum patris mei per-
ges, et de cognatione mea accipies uxorem filio
meo. Ego vero respondi domino meo. Quid si noluerit ve-
nire mecum mulier? Ait. Dominus in cuius conspectu ambulo
mittet angelum suum tecum, et diriget viam tuam,
accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea
et de domo patris mei. Innocens autem eris a ma-
ledictione mea, cum veneris ad propinquos meos et non de-
derint tibi. Veni ergo ad fontem aque, et dixi. Domine deus domi-
ni mei abraham, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo,
ecce sto iuxta fontem aque, et virgo que egredietur ad hau-
riendam aquam audierit a me. Da mihi pauxillum
aque ad bibendum ex ydria tua, et dixerit mihi et tu bi-
be et camelis tuis hauriam, ipsa est mulier quam prepara-
vit dominus filio domini mei. Dum hec mecum tacitus vol-
verem, apparuit rebecca veniens cum ydria quam por-
tabat in scapula, descenditque ad fontem et hau-
sit aquam. Et aio ad eam. Da mihi paululum bibere.
Que festina deposuit ydriam de humero suo,
et dixit mihi. Et tu bibe, et camelis tuis potum tri-
buam. Bibi et adaquavit camelos. Interrogavique
eam et dixi. Cuius es filia? Que respondit. Filia ba-
thuelis sum filii nachor, quem peperit illi melcha.
Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius,
et armillas posui in manibus eius. Pronusque adoravi do-
minum benedicens domino deo domini mei abraham, qui perdux-
it me recto itinere ut sumerem filiam fratris domini
mei filio eius. Quam ob rem si facitis misericordiam et
veritatem cum domino meo, indicate mihi. Sin autem
aliud placet, et hoc dicite ut vadam ad dex-

Two gatherings, A B, formerly 22 leaves

terā siue ad sinistrā. Respōderūt laban ⁊ bathu
el. A dn̄o egressus ē sermo. ⁊ n̄ possum̄ ext̄ placi
tū ei⁹ q̄cq̄m aliud tec̄ loq̄. En rebecca corā te
ē. tolle eā ⁊ pficiscē. ⁊ sit uxor filii dn̄i tui.
sic locut⁹ ē dn̄s. Qđ cū audiss; pu̇ abham. ad
orauit interra dn̄m. Platisq; uasis argēteis
⁊ aureis. ac uestib⁹. dedit ea rebecce p munē.
fr̄ib⁹ q̄; ⁊ m̄ri ei⁹ dona obtulit. Inito q; 9uiuio
uescētes pit̄ ⁊ bibētes mānserūt i. Surgēs ā
mane locut⁹ ē pu̇. Dimittite me. ut uadā
ad dn̄m meū. Respōderūt frēs ei⁹ ⁊ m̄r. Ma
neat puella saltē. x. dies ap̄ nos. ⁊ postea p
ficiscet̄. Nolite ait me retinē. q̄r dn̄s direxit
uiā meā. Dimittite me. ut pgā ad dn̄m
meū. Dixūnt. Vocem⁹ puellā. ⁊ q̄ram⁹ ip̄ius
uolūtatē. Cūq; uocata uenisset. sciscitati st̄.
Vis ne ire cū hoīe isto. Q̄e ait. Vadā. Dimi
serūt g̃ eā ⁊ nutricē ip̄i⁹. seruūq; abrahā ⁊ comites
ei⁹ īprecātes pspa sorori sue. atq; dicētes. So
ror nr̄a es. crescas imille milia. ⁊ possideat se
mē tuū portas inimicor̄ suor̄. Igit̄ rebecca
⁊ puelle ei⁹ ascēnsis camelis secute st̄ uirum.
Q̄ festin⁹ reuertebat̄ ad dn̄m suū. Eo tēpe ysa
ac deambulabat p uiā q̄ ducit ad puteū cui⁹
nomī ē uiuētis ⁊ uidētis. Hītabat enī ī tra
australi. ⁊ egressus fuāt ad meditandū ī agrū
īclinata iā die. Cūq; leuass; oclos. uidit ca
melos uenientes pcul. Rebecca q̄; 9specto ysa
ac. descēdit de camelo. ⁊ ait ad puēm. Q̄s ē
ille hō q̄ uenit p agrū ī occursū nob̄. Dixitq;
ei. Ipē ē dn̄s m̄s. At illa tollēs cito palliū.
opuit se. Seruus ā cūcta q̄ gessāt narrauit
ysaac. Q̄ introduxit eā in tabinaclm sare ma
tris sue. ⁊ accepit uxorē. ⁊ intm̄ dilexit ut
dolorē q̄ ex morte m̄ris acciđat tēparet.

xxv
A
braham̄ u̇ aliā duxit XXV
uxorē noīe cethurā. q̄ pepit ei zam
ram ⁊ iexan. ⁊ madan. ⁊ madian. ⁊
gesboch. ⁊ sue. Iexan q̄; genuit saba ⁊ da
dan. Filii dadan fuīt asurim. ⁊ lathusim
⁊ loomim. At u̇ ex madian ort⁹ ē epha.
⁊ opher ⁊ enoch ⁊ auida ⁊ elda. Om̄s hii
filii cethure. Deditq; abraham cūcta q̄ posse

derat ysaac. filiis ā 9cubinar̄ largitus
ē munā. ⁊ sepauit eos ab ysaac filio suo
dū adhuc ip̄e uiuēt. ad plagā orientalē.
Fuīt ā dies uite abrahe centū septuagīta
v. ānor̄. ⁊ deficiēs mortu⁹ ē in senectute bo
na. puecteq; etatis. ⁊ plen⁹ dierū. 9ggat⁹
q̄; ē ad pp̄l suū. Et sepelierūt eū ysaac ⁊ is
mahel filii sui ī spelūca duplici q̄ sita ē in
agro ephron filii seor ethei. e regione mā
bre. q̄m emerat a filiis heth. Ibi sepultus
ē ip̄ē ⁊ sara uxor ei⁹. Et post obitū illi⁹ bn̄
dixit dn̄s ysaac filio ei⁹. qui hītabat iux̄ pu
teū noīe uiuētis ⁊ uidētis. Hee st̄ gnātōēs
ismahel filii abrahe. quē pepit ei agar e
gyptia famla sare. ⁊ hec noīa filior̄ ei⁹ in
uocabulis ⁊ gnātōīb⁹ suis. Pmogenitus
ismahelis nabaioth. Deīn cedar ⁊ abdeel
⁊ mapsan. Masma q̄; ⁊ duma. ⁊ masadad
⁊ thema. ⁊ naphis ⁊ cethma. Isti st̄ filii
ismahel ⁊ hec noīa p castella ⁊ opida eor̄.
duodecī pn̄cipes tribuū suar̄. Et fc̄i st̄ āni
uite ismahel centū. xxx. ⁊ vii. deficiēsq;
mortu⁹ ē. ⁊ appositꝰ ad pplm suū. Hītauit
aut̄ ab euila usq; sur. q̄ respicit egyptū
introeuntib⁹ assiriis. corāq; cūctis fr̄ib⁹ suis
obiit. Hee q̄; st̄ gnātōnes ysaac filii abra
hā. Abrahā genuit ysaac. Q̄ cū xl. eēt ānor̄
duxit uxorē rebeccā filiā bathuel syri. de
mesopotamia. sororē laban. Depcatus ē y
saac dn̄m p uxore sua. eo qđ eēt sterilis. Q̄
exaudiuit eū ⁊ dedit 9ceptū rebecce. S; col
lidebant̄ in utō ei⁹ puuli. Q̄e ait. Si s̄ m̄ fu
turū erat. qđ nece fuit 9cipe. Perrexitq;
ut 9suleret dn̄m. Q̄ respōdēs ait. Due gētes
ī utō tuo st̄. ⁊ duo pp̄ ex uētre tuo diuidē
t̄. pplsq; pp̄ supabit. ⁊ maior seruiet mino
ri. Iam tpc pariendi uenāt. ⁊ ecce gemi
ni ī utō ei⁹ repti st̄. Q̄ pm⁹ egressus ē ruf⁹
erat ⁊ tot⁹ ī morē pellis hyspid⁹. uocatūq;
ē nom̄ ei⁹ esau. Ptin⁹ alt̄ egrediēs plātā fr̄is
tenebat manu. ⁊ iđco appllauit eū iacob.
Sexagenari⁹ erat ysaac. q̄n nati st̄ puu
li. Q̄b⁹ adultis. fc̄s ē esau uir gnarus ue

nandi, et homo agricola. Iacob autem vir simplex ha
bitabat in tabernaculis. Ysaac autem amabat esau
eo quod de venationibus illius vesceretur. et rebecca di
ligebat iacob. Coxit autem iacob pulmentum. ad
quem cum venisset, esau lassus de agro. ait. Da michi
de coctione hac rufa. quia oppido lassus sum.
Quam ob causam vocatum est nomen eius edom. Cui dixit
iacob. Vende michi primogenita tua. Ille respon
dit. En morior. quid michi proderunt primogenita.
Ait iacob. Iura ergo michi. Iuravit esau. et ven
didit primogenita. et sic accepto pane. et len
tis edulio. comedit et bibit et abiit. parvipen
dens quod primogenita vendidisset. XXVI

Orta autem fame super terram. post eam sterilitatem
que acciderat in diebus abraham. abiit ysa
ac ad abimelech regem palestinorum in gera
ra. Apparuitque ei dominus. et ait. Ne descendas in e
gyptum. sed quiesce in terra quam dixero tibi. et peregrinare
in ea. eroque tecum et benedicam tibi. Tibi enim et semi
tuo dabo universas regiones has. complens
iuramentum quod spopondi abraham patri tuo.
et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. da
boque posteris tuis universas regiones has.
Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre.
eo quod obedierit abraham voci mee et custodierit
precepta mea. et mandata mea et cerimonias le
gesque servaverit. Mansit itaque ysaac in ge
raris. Qui cum interrogaretur a viris loci illius
super uxore sua. respondit. Soror mea est.
Timuerat enim confiteri quod sibi esset sociata coniugio.
reputans ne forte interficerent eum propter illius
pulchritudinem. Cumque pertransissent dies plu
rimi et ibidem moraretur. prospiciens abimelech
palestinorum rex per fenestram vidit eum io
cantem cum rebecca uxore sua. et accersito ait.
Perspicuum est quod uxor tua sit. Cur mentitus
es sororem tuam esse. Respondit. Timui ne
morerer propter eam. Dixitque abymelech. Quare in
posuisti nobis. Potuit coire quispiam de populo
cum uxore tua. et induxeras super nos grande pec
catum. Precepitque omni populo dicens. Qui tetigerit
hominis huius uxorem. morte morietur. Semi
navit autem ysaac in terra illa. et invenit in
ipso anno centuplum. Benedixitque ei dominus et locu
pletatus est homo. et ibat proficiens atque succrescens.
donec magnus vehementer effectus est. Habuit quoque posses
sionem ovium et armentorum. et familie plurimum.
Ob hoc invidentes ei palestini. omnes puteos quos
foderant servi patris illius abraham. illo tempore obstrux
erunt implentes humo. intantum ut ipse abymelech di
ceret ad ysaac. Recede a nobis quoniam potentior nobis
factus es valde. Et ille descendens ut veniret ad
torrentem gerare habitaretque ibi. rursum fodit ali
os puteos quos foderant servi patris sui abraham. et
quos illo mortuo olim obstruxerant phylistym.
appellavitque eos isdem nominibus quibus ante pater vocaverat.
Foderunt in torrente. et repererunt aquam vivam. Sed
et ibi iurgium fuit pastorum gerare adversum pasto
res ysaac dicentium. Nostra est aqua. Quam ob rem no
men putei ex eo quod acciderat. vocavit calump
niam. Foderunt et alium. et pro illo quoque rixati sunt. appel
lavitque eum inimicitias. Profectus inde fodit alium
puteum. pro quo non contenderunt. Itaque vocavit nomen
loci illius latitudo. dicens. Nunc dilatavit nos
dominus. et fecit crescere super terram. Ascendit autem ex illo
loco in bersabee. ubi apparuit ei dominus in ipsa nocte di
cens. Ego sum deus abraham patris tui. Noli metu
ere quia tecum sum. benedicamque tibi et multiplicabo se
men tuum propter servum meum abraham. Itaque e
dificavit ibi altare. et invocato nomine domini ex
tendit tabernaculum. precepitque servis suis ut
foderent puteum. Ad quem locum cum venissent
de geraris abimelech et ochozath amici eius
et phycol dux militum. locutus est eis ysaac.
Quid venistis ad me hominem quem odistis. et ex
pulistis a vobis. Qui responderunt. Vidimus tecum
esse dominum. et ideo nunc diximus. Sit iuramentum
inter nos. et ineamus fedus. ut non facias quicquam
nobis mali. sicut et nos nichil tuorum attigimus.
nec fecimus quod te lederet. sed cum pace dimisimus
auctum benedictione domini. Fecit ergo eis convivium
et post cibum et potum surgentes mane. iura
verunt sibi mutuo. dimisitque eos ysaac pa
cifice in locum suum. Ecce autem venerunt in ipso
die servi ysaac annuntiantes ei de puteo quem
foderant. atque dicentes. Invenimus aquam.

vn̄ appellauit eū habūdantiā. ⁊ nom̄ urbi in
positū ē bersabee. usq; in p̄sentem diē. Esau u͛o
q̄dragenari⁹ duxit uxores. iudith filiā beeri
ethei. ⁊ basemath filiā helon eidē loci. q̄ ābe
xxvii offendant animū ysaac ⁊ rebecce. Senuit
aūt ysaac ⁊ caligauerūt oc̄li ei⁹. ⁊ uide͛ n̄ poterat.
Vocauitq; esau filiū suū maiorē. ⁊ dix̄ ei.
fili mi. Q̄ respōdit. assū. Cui p̄r. vides in
q̄t q̄d senuerim. ⁊ ignorē diē mortis mee.
sume arma tua pharetrā ⁊ arcū ⁊ eḡdē fo
ras. Cūq; uenatu ād app̄hēderis. fac m̄ in
pulmētū sic̄ uelle me nosti. ⁊ affer ut cōe
dā. ⁊ b̄ndicat t̄ aīa mā. anq̄ moriar. Q̄d cū
audiss; rebecca ⁊ ille abiss; in agrū. ut ius
sionē p̄ris iplet̄. dix̄ filio suo iacob. Audi
vi p̄rem tuū loq̄ntē c̄ esau fr̄e tuo. ⁊ dicē
tē ei. Aff͛ m̄ de uenatōe tua ⁊ fac cibos ut
cōedam. ⁊ b̄ndicā t̄ corā dn̄o anq̄m moriar.
Nūc ḡ fili mi acq̄esce ꝯsiliis m̄is. ⁊ p̄gēns ad
ḡgē aff͛ m̄ duos hedos optimos. ut faciā
ex eis escas p̄ri tuo q̄b⁹ libēt̄ uescit̄. Q̄s c̄
intuleris ⁊ cōederit b̄ndicat t̄ p̄usq̄ moriatur.
Cui ille respōdit. Nosti q̄d esau fr̄ m̄s hō
pilosus sit. ⁊ ego lenis. Si attrectauit me
p̄r m̄s ⁊ senserit. timeo ne putet me s͛ uolu
isse illudē. ⁊ inducat sup me maledcōnē
p b̄ndcōne. Ad quē m̄r ait. In me sit ista
maledcō fili mi. tm̄ audi uocē meā ⁊ p̄gēns
aff͛ q̄ dixi. Abiit ⁊ attulit. deditq; matri.
Parauit illa cibos sic̄ nouerat uelle p̄rem illi⁹.
⁊ uestib⁹ esau ualde bonis q̄s apd se hēbat
domi. induit eū pelliculasq; hedorū circūde
dit manib⁹. ⁊ colli nuda p̄texit. Deditq; pul
mētū. ⁊ panes q̄s coxerat t̄adidit. Q̄b⁹ illatis
dix̄. Pat͛ mi. At ille respōdit. Audio. Q̄s
tu es fili mi. Dixitq; iacob. Ego sū esau p̄mo
genit⁹ tu⁹. feci sic̄ p̄cepisti m̄. Surge. se
de. ⁊ cōede de uenatōe mā. ut b̄ndicat
m̄ aīa tua. Rursū ysaac ad filiū suū. Q̄m͛o
inq̄t tā cito inuenire potuisti fili mi. Q̄
respōdit. Voluntas dī fuit. ut cito occur
ret m̄ q̄d uolebā. Dixitq; ysaac. Accede huc

ut tangā te fili mi. ⁊ p̄bē utrū tu sis fili⁹
m̄s esau an n̄. Accessit ille ad p̄rem. ⁊ pal
pato eo dix̄ ysaac. Vox q̄dē uox iacob ē.
s; man⁹ man⁹ sūt esau. Et n̄ cognouit eū.
q̄ pilose man⁹ silitudinē maioris expssant.
B̄ndicēs ḡ illi ait. Tu es fili⁹ m̄s esau. Re
spōdit. Ego sū. At ille. Aff͛ inq̄t m̄ cibos
de uenatōe tua fili mi. ut b̄ndicat t̄ aīa
mā. Q̄s cū oblatos cōedisset. obtulit ei ⁊
uinū. Quo hausto. dix̄ ad eū. Accede ad
me. ⁊ da m̄ osculm fili mi. Accessit. ⁊ oscu
latus ē eū. Statimq; ut sensit uestimētor
illi⁹ flagrantiā. b̄ndicens ait. Ecce odor fi
lii mi sic̄ odor agri pleni. cui b̄ndix̄ dn̄s.
Det t̄ dn̄s de rore celi ⁊ de pinguedine
t͛re habūdantiā frumēti uini ⁊ olei. ⁊ ser
uiāt t̄ p̄p̄i. ⁊ adorēt te t͛b⁹. Esto dn̄s fr̄m
tuor. ⁊ incuruent͛ an̄ te filii m̄ris tue. Q̄
maledixerit t̄ sit ille maledc̄us. ⁊ q̄ b̄ndixerit
t̄ b̄ndcōib⁹ repleat͛. Vix ysaac s͛monē im
pleuerat. ⁊ egresso iacob foras. uenit esau.
coctosq; de uenatōe cibos intulit p̄ri di
cēs. Surge p̄r mi ⁊ cōede de uenatōe fi
lii tui. ut b̄ndicat m̄ aīa tua. Dixitq; illi
ysaac. Q̄s enī es tu. Q̄ respōdit. Ego sū
fili⁹ tu⁹ p̄mogenit⁹ esau. Expauit ysaac
stupore uehemēti. ⁊ ult͛ q̄ c͛di pot͛ ām
rās ait. Q̄s ḡ ille ē q̄ dudū captā uena
tōem attulit m̄. ⁊ comedi ex oīb⁹ p̄usq̄
tu uenires. B̄ndixi ei. ⁊ erit b̄ndc̄us.
Auditis esau s͛mōib⁹ p̄ris irrugiit clamo
re magno. ⁊ ꝯsternatus ait. B̄ndic t̄ ⁊ m̄
p̄r mi. Q̄ ait. Venit ḡmanus tu⁹ fraudu
lēt͛. ⁊ accepit b̄ndcōnē tuā. At ille sub
iūxit. Iuste uocatū ē nom̄ ei⁹ iacob. sup
plantauit enī me en altā uice. P̄moge
nita mā an̄ tulit. ⁊ nūc scd̄o surripuit b̄n
dcōnē meā. Rursūq; ad p̄rem. Nūq̄d n̄
reseruasti ait ⁊ m̄ b̄ndcōnē. Respōdit y
saac. Dn̄m tuū illū ꝯstitui. ⁊ oēs fr̄es
ei⁹ s͛uituti illi⁹ subiugaui. frumēto ⁊ ui
no stabiliui eū. ⁊ t̄ post hec fili mi ultra

q̄d faciā. Cui esau. nū unā inq̄t tm̄ bn̄dcō
nē hēs pr̄. Michi q̄ obsec̄ ut bn̄dicas. Cū
q̄; eiulatu magno flēt. mot⁹ ysaac dx̄ ad e
ū. In pinguedīe t̄re ⁊ ī rore celi desup erit
bn̄dcō tua. Uiues gladio. ⁊ fr̄i tuo seruies.
Temp⁹q̄; ueniet. cū excutias ⁊ soluas iugū
ei⁹ de ceruicib⁹ tuis. Oderat ſēp esau iacob p bn̄
dcōne q̄ bn̄dixerat ei pr̄. dixitq̄; ī corde suo.
Uenient dies luct⁹ pr̄is mei. ⁊ occidā iacob
fr̄em meū. Nūtiata st̄ hec rebecce. Que mit
tens ⁊ uocās iacob filiū suū dx̄ ad eū. Ecce
esau frat̄ tuus minat̄ t̄ ut occidat te. Nc̄
g° fili audi uocē meā. ⁊ ɔsurgēs fuge ad
laban fr̄em meū in aran. habitabisq̄; cū
eo dies paucos donē requiescat furor fr̄is tui.
⁊ cesset īdignatio ei⁹. obliuiscatq̄; eor̄ q̄ fecisti
ī eū. Postea mittā ⁊ adducā te inde huc. Cur
utroq̄; orbabor filio ī una die. Dx̄ q̄; rebecca
ad ysaac. Tedet me uite mee ꝓp filias heth.
Si accepit iacob uxorē de stirpe h⁹ t̄re nolo
uiuere.

XXVIII

Uocauit itaq̄; ysaac iacob ⁊ bn̄dixit.
p̄cepitq̄; ei dicēs. Noli accipe ɔiu
gē de gn̄e chanaan. s; uade ⁊ pfi
ciscē ī mesopotamiā syrie ad domū bathu
el pr̄em mr̄is tue. ⁊ accipe inde t̄ uxorē de
filiab⁹ laban auunculi tui. Ds̄ aūt omp̄s bn̄
dicat t̄. ⁊ cresc̄ te faciat atq̄; multiplicet.
ut sis ī turbas p̄plor̄. ⁊ det t̄ bn̄dcōnes abra
ham. ⁊ semini tuo post te. ut possideas t̄rā
pegrinatōis tue. quā pollicit⁹ ē auo tuo. Cū
q̄; dimisisset eū ysaac. pfect⁹ uenit ī meso
potamiā syrie ad laban filiū bathuel sy
ri. fr̄em rebecce mr̄is sue. Uidēs aūt esau
q̄d bn̄dixisset pr̄ suus iacob. ⁊ misisset eū ī
mesopotamiam syrie. ut inde uxorē duceret.
⁊ q̄d post bn̄dcōnē p̄cepisset ei dicēs. nō
accipies ɔiugē de filiab⁹ chanaan. q̄dq̄; o
bediēs iacob parentib⁹ isset ī syriā. pbans q̄q̄;
q̄d nō libent̄ aspiceret filias chanaan pr̄ su⁹.
uenit ad ysmahelē. ⁊ dux̄ uxorē absq̄; hys
q̄s p⁹ habebat. melech filiā ismahel filii a
brahā sororē nabaioth. Igit̄ egressus iacob
de bersabee. pgebat aran. Cūq̄; uenisset ad quē
dā locū ⁊ uellet ī eo requiesc̄ post solis occu
bitū tulit de lapidib⁹ q̄ iacebāt. ⁊ supponēs
capiti suo dormiuit ī eodē loco. Viditq̄; in
sompnis scalā stantē sup t̄rā ⁊ cacumē illi⁹ tā
gēs celū. angelos q̄; dī ascēdētes ⁊ descēdēt̄
p eā. ⁊ dn̄m innixū scale dicentē s̄. Ego sū
dn̄s ds̄ abrahā pr̄is tui ⁊ ds̄ ysaac. Terrā ī
q̄ dormis dabo t̄ ⁊ semini tuo. eritq̄; gmen
tuū q̄si puluis t̄re. Dilataberis ad occidentē
⁊ orientē. septētonē ⁊ meridiē. ⁊ bn̄dicent̄
ī te ⁊ in semīe tuo cūcte trib⁹ t̄re. ⁊ ero custos
tu⁹ q̄cūq̄; p̄rexis. ⁊ reducā te in t̄rā hāc nec
dimittā nisi ɔplevero uniūsa q̄ dixi. Cūq̄; eui
gilasset iacob de sompno. ait. Uere dn̄s ē ī loco
isto. ⁊ ego nesciebā. Pauēsq̄; quā terribilis
inq̄t ē loc⁹ iste. Nō ē hic aliud nisi dom⁹ dei ⁊
porta celi. Surgēs g° mane tulit lapidem
quē supposuat capiti suo. ⁊ erexit in titu
lū. fundens oleū desup. Appellauitq̄; nomē
urbis bethel. q̄ prius luza uocabat̄. Uouit q̄
uotū dicēs. Si fuīt dn̄s mecū ⁊ custodie
rit me ī uia p quā ambulo. ⁊ dedit m̄ pa
nē ad uescendū ⁊ uestimentū ad induendū.
reūsusq̄; fuo p̄spe ad domū pr̄is mei. erit
m̄ dn̄s in deū. ⁊ lapis iste quē erexi ī titu
lū uocabit̄ dom⁹ dī. cūctorq̄; q̄ dederis m̄ de
cimas offeram t̄.

XXIX xxix

Profectusq̄; iacob uenit ad t̄rā orien
talē. Et uidit puteū ī agro. tres q̄; greges
ouiū accubantes iuxta eū. Nā ex illo ad
aquabant̄ pecora. ⁊ os ei⁹ grandi lapide claude
bat̄. Morisq̄; erat ut cūctis ouib⁹ ɔgregatis
deuoluerent lapidē ⁊ refectis gregib⁹ rursū
sup os putei ponerent. Dixitq̄; ad pasto
res. fr̄es unde estis. Qui responderunt. De
haran. Quos interrogans. nūquid ait nostis la
ban filiū nachor. Dixerunt. Nouim⁹. Sanus
ne ē inq̄t. Valet inquiūt. Et ecce rachel
filia ei⁹ uenit cū grege suo. Dixitq̄; iacob.
Adhuc mult̄ū diei sup ē. nec ē tp̄s ut redu
cant̄ ad caulas greges. Date aūt potū ouib⁹.
⁊ s̄ ad pastū eas reducite. Qui responderunt.

Nõ possum⁹ donec oĩa pecora ꝯgregent᷑. ⁊ amo
ueam⁹ lapidē de ore putei. ut adaquem᷑ g
ges. Adhuc loq̄bant᷑. ⁊ ecce rachel ueniebat
cũ ouib⁹ p̄ris sui. Nã gg̃e ipa pascebat. Quã
cũ uidisset iacob. ⁊ sciret ꝯsobrinã suã. ouesq;
laban auunculi sui. amouit lapidē q̃ puteus
claudebat᷑. ⁊ adaq̃to gge osculat᷑ ē eã. Eleua
taq; uoce fleuit. ⁊ indicauit ei q͞d f̄r eēt pa
t͞ris ei⁹ ⁊ fili⁹ rebecce. At illa festinãs nũtiauit
p̄ri suo. Q' cũ audisset. uenisse iacob. filiũ soro
ris sue cucurrit obuiã ei. ꝯplexusq; eũ ⁊ in
osculũ ruens duxit ī domũ. Auditis ãt causis
itineris. R͞ndit. Os meũ es. ⁊ caro mea. Et post
q̃ impleti s̄t dies mensis unius. dix ei. Nũ q͞r
f̄r m͞s. g͞tis s̄uies m̄. Dic q͞d m͞cedis accipi
as. Habebat u͞o filias duas. nom̄ maioris lya.
minor appellabat᷑ rachel. S; lya lippis erat
oculis. rachel decora facie ⁊ uenusto aspectu.
Quã diligens iacob ait. Seruiã t̄ p rachel filia
minore. vii. ãnis. Respondit laban. Melius
ē ut t̄ eã dem q̃ uiro alti. mane apd' me.
Seruiuit g' iacob p rachel vii. ãnis. ⁊ uidebã
t᷑ illi pauci dies p̄ amoris magnitudine.
Dixitq; ad laban. Da m̄ uxorē meã. q͞r iã t͞ps
expletũ ē ut ingrediar ad eã. Q' uocatis a
micor turbis t͞bis ad ꝯuiuiũ. fecit nuptias.
⁊ uespe filiã suã lyã introduxit ad eũ. dans
ancillã filie zelphã noīe. Ad quã cũ ex mo
re iacob fuisset ingressus. f͞co mane uidit lyã
⁊ dixit ad socerũ. Q͞d ē hoc q͞d facē uoluisti
Nõ ne p rachel s̄uiui t̄. Quare subposuisti
lyam m̄. R͞ndit laban. Nõ ē in loco n͞ro ꝯ
suetudinis. ut minores añ tradam' ad nuptias.
Imple ebdomadã hui⁹ copule. ⁊ hãc q; dabo
t̄ p ope q͞ s̄uiturus es m̄ vii. ãnis aliis. Acq̄
uit placito ⁊ ebdomada t͞nsacta rachel dux
uxorē. cui p̄r suã balam dederat. Tandēq;
potit⁹ optatis nuptiis. amorē sequētis p̄o
ri ptulit. s̄uiens apd' eũ vii. ãnis aliis.
Uidens ãt dñs q͞d despiceret lyam. apuit
uuluã ei⁹. sorore sterili p̄manēte. Q̄ ꝯcep
tũ genuit filiũ. uocauitq; nomē ei⁹ rubē
dicens. Uidit dñs humilitatē meã. nũc ama
bit me uir m͞s. Rursũq; ꝯcepit ⁊ pepit
filiũ ⁊ ait. Q͞m uidit dñs hñi me ꝯtēptui
dedit ē istũ m̄. uocauitq; nom̄ ei⁹ symeon.
Concepit t͞cio ⁊ genuit aliũ. Dixitq; Nũc q; co
pulabit᷑ m̄ marit⁹ m͞s. eo q͞d pepim ei tres
filios. Et ideo appellauit nom̄ ei⁹ leuy. Q͞rto
ꝯcepit ⁊ pepit filiũ ⁊ ait. Modo ꝯfitebor
dño. ⁊ ob hoc uocauit eũ iudã. Cessauitq;
parere.

XXX xxx

Cernens ãt rachel q͞d infecũda eēt inui
dit sorori ⁊ ait marito suo. Da m̄ li
beros. alioq̄n moriar. Cui irat⁹ iacob
R͞ndit. Nũ p dño sũ ego q̃ p͞uauit te fructu
uentris tui. At illa. Habeo inq̄t famulã balam.
ingredē ad eã ut pariat sup genua mea. ⁊ ha
beã ex ea filios. Deditq; illi balã in ꝯiugiũ.
Q̄ ingresso ad se uiro. ꝯcepit ⁊ pepit filium.
Dixitq; Rachel. Iudicauit m̄ dñs. ⁊ exau
diuit uocē meã. dãs m̄ filiũ. Et ideo appel
lauit nom̄ ei⁹ dan. Rursũq; bala ꝯcipiens
pepit filiũ alt͞m. p q̃ ait rachel. Cõparauit
d͞s me cũ sorore mea ⁊ inualui. Uocauitq;
eũ neptalim. Sentiens uo lya q͞d parē de
sisset. zelphã ancillã suã marito tradidit. Q̄
post ꝯceptũ edente filiũ dixit. feliciť. Et
ideo uocauit nom̄ ei⁹ gad. Pepit q; zel
pha alt͞m. dixitq; lya. Hoc p beatitudie mea
beatã me q̄ppe dicent mulieres. P͞ptea appella
uit eũ aser. Egressus aut᷑ ruben t͞pe mes
sis tritice in agrũ. repperit mãdragoras q̃s
mat lye dedit. detulit. Dixitq; rachel. Da
m̄ p̄te de mãdragoris filii tui. Illa r͞ndit.
Parũ ne t̄ uidet᷑ q͞d p̄ripuis maritũ m̄
n͞ ē mãdragoras filii mei tulis. Ait rachel.
Dormiat tecũ hac nocte. p mãdragoris
filii tui. Redeũtiq; ad uesperam de agro ia
cob. egressa ē in occursũ ei⁹ lya. ⁊ ait. Ad me
inq̄t intrabis. q͞r m͞cede ꝯduxi te p mãdra
goris filii mei. Dormiuitq; cũ ea nocte illa
⁊ exaudiuit d͞s p̄ces ei⁹. ꝯcepitq; ⁊ pepit
filiũ q̄ntũ. Et ait. Dedit d͞s m͞cedē michi.
q͞r dedi ancillã meã uiro m͞o. Appellauit
q; nom̄ ei⁹ ysachar. Rursũq; lya ꝯcipiēs

pepit sextũ filiũ ⁊ ait. Ditauit me d̃s do
te bona. hac uice. Mecũ erit marit⁹ m̃s:
eo q̄d genuim ei sex filios. Et ideo app̄
lauit nom̄ ei' zabulon. Postquã pepit fi
liã noĩe dinã. Recordatus q; d̃ns Rachelis
exaudiuit eã ⁊ aperuit uuluã ei'. Q̃ concepit
pepit filiũ dicẽs. Abstulit d̃s obp̄bium
meũ. Et uocauit nom̄ illi' ioseph dicẽs.
Addat m̄ d̃ns filiũ alterũ. Nato aut̄ io
seph dixit iacob socẽ suo. Dimitte me ut
reu̇tar ĩ p̄riam meã. ad t̃rã meã. Da m̄ ux
ores ⁊ liberos meos p̄ q̄b⁹ seruiui t̄. ut abeã.
Tu nosti s̃uitutẽ q̄ seruiuĩ t̄. Ait ei laban.
Inueniã grãm ĩ cõsp̄tu tuo. experimto eñ
didici q̄d b̃ndixerit m̄ d̃s p̄p̄ te. Cõstitue
m̄cedẽ tuã q̃m dẽ t̄. At ille r̄ndit. Tu nos
ti q̃m s̃uieri t̄. ⁊ q̃nta in maib⁹ m̃is fuit
possessio tua. Modicũ h̃uisti anq̃ uenirẽ
ad te. ⁊ nũc diues eff̃cus es. B̃ndixitq; t̄
d̃ns ad introitũ meũ. Iustũ ẽ g̃ ut p̄uideã
aliq̃ ⁊ domui mee. Dixitq; laban. Q̃d dabo
t̄. At ille ait. Nich̄ uolo. S; si feceris q̄d po
stulo. it̃m pascã ⁊ custodiã pecora tua. Gi
ra oẽs g̃ges tuos. ⁊ separa cũctas oues uari
as ⁊ sparso uellẽ. ⁊ q̄dcũq; fuluũ ⁊ ma
closũ uariũq; fuit tã in ouib⁹ quã ĩ capr̃s
erit m̄cedes m̃a. Respõdebitq; m̄ cras iusti
cia m̃a q̃n placiti t̃p̄s aduenit corã te. ⁊ oĩa
q̄ n̄ fuĩnt uaria ⁊ maclosa ⁊ fulua tã in o
uib⁹ q̃ in capr̃s furti me argues. Dixitq;
laban. Gratũ h̃eo q̄d petis. Et separauit in
die illa capras ⁊ oues. hyrcos ⁊ arietes ua
rios atq; maclosos. Cũctũ aũt g̃gẽ unicolo
rẽ. i. albi ⁊ nig̃ uelleris t̃ radidit ĩ manu fili
orũ suorũ. ⁊ posuit spaciũ itineris int̃ se ⁊
generũ dierũ triũ. q̄ pascebat reliq̃s g̃ges
ei'. Tollẽs g̃ iacob ũgas populeas. uirides
⁊ amigdalinas. ⁊ ex platanis. ex p̄te de
corticauit eas. Detractisq; corticib⁹ in his
q̄ spoliata fuãnt cãdor apparuit. Illa uõ q̄
integ̃ erãt uiridia p̄mãserũt. atq; ĩ hunc
modũ color eff̃cus ẽ uari'. Posuitq; eas

ĩ canalib⁹ ubi effũdebat̃ aq̃. ut cũ uenissent
g̃ges ad bibẽndũ añ oclos h̃rẽnt ũgas. ⁊ ĩ
asp̄tu eaʀ conciperent. Fc̃mq; ẽ ut ĩ ip̄o coi
tu coit̃ oues intuerẽnt̃ ũgas. ⁊ parerent
maclosa ⁊ uaria. ⁊ diũso colore respsa.
Diuisitq; g̃gẽ iacob. ⁊ posuit ũgas ĩ cana
lib⁹ añ oclos arietũ. Erãt aũt alba q̃q; ⁊ nig̃
laban. cetã uõ iacob. separatis int̃ se g̃gibus.
Igit̃ q̃n p̄mo t̃p̄e adaquabãt̃ oues. pone
bat iacob ũgas ĩ canalib⁹ aquaʀ añ oclos
arietũ ⁊ ouiũ. ut ineaʀ cõtẽplatõne conci
perent. Q̃n uõ serotina admissura erat. ⁊ con
cept⁹ extrem⁹. n̄ ponebat eas. Fc̃aq; s̃t ea
q̄ erãt serotina laban. ⁊ q̄ p̄mi t̃p̄is ia
cob. Ditatus q; ẽ hõ ult̃ modũ. ⁊ habuit
g̃ges m̃ltos ancillas ⁊ suos camelos ⁊ a
sinos.

XXXI

Postq̃ aut̄ audiuit ũba filioʀ laban   xxxi
dicentiũ. tulit iacob oĩa q̄ fuãnt
p̄ris n̄ri. ⁊ de illi' facultate ditatus
fc̃s ẽ inclyt'. Animaduertit q; faciẽ labã
q̄d n̄ eẽt erga se sic̃ heri ⁊ nudi' t̃tius
maxĩe dicẽnte s̃ d̃no reuẽtẽ in t̃rã p̃rũm
tuoʀ ad gñatõem tuã. eroq; tec̃. Misit
⁊ uocauit rachel ⁊ lyam in agrũ ũ pasce
bãt g̃ges. Dixitq; eis. Video faciẽ p̃ris ũri
q̄d n̄ sit erga me sic̃ heri ⁊ nudi' t̃tius.
D̃s aut̄ p̃ris m̄i fuit mecũ. ⁊ uos nos
tis q̄d totis uirib⁹ m̃is s̃uierĩ p̃ri ũro. s; p̃r
ũr̃ circũuenit me ⁊ mutauit m̄cedẽ m̃ã
x. uicib⁹. ⁊ t̃n̄ n̄ dimisit eũ d̃s ut noceret
m̄. Si q̃n dix̃. uarie erũt m̄cedes tue. pa
riebãt oĩs oues uarios fetus. Q̃n uõ e
cõt̃rio ait. alba q̃q; accipies p̄ m̄cede oĩs
g̃ges alba peperũt. tulitq; d̃s subãm pa
t̃s ũri ⁊ dedit m̄. Postq̃ aut̄ concept⁹ oui
ũ t̃p̄s aduenãt. leuaui oclos meos ⁊ ui
di ĩ sõpnis ascẽdentes mares sup̄ femi
nas uarios ⁊ maclosos ⁊ diuisoʀ colorũ.
Dixitq; angl's d̃ni in sõpnis. Iacob. Et
ego r̄ndi. Assũ. Q' ait. Leua oclos tuos ⁊
uide. uniũsos masclos ascẽdentes sup̄

feminas. uarios resparsos atq; maculosos. Ui
di enim omnia que fecit tibi laban. Ego sum deus bethel
ubi unxisti lapidem. & uotum uouisti michi. Nunc ergo
surge & egredere de terra hac. reuertens in terram natiui
tatis tue. Responderunt rachel & lya. Numquid habemus resi
dui quicquam in facultatibus & hereditate domus patris
nostri. Nonne quasi alienas reputauit nos & uendi
dit. comeditque precium nostrum. Sed deus tulit opes
patris nostri. & nobis eas tradidit ac filiis nostris.
Unde omnia que precepit dominus fac. Surrexit itaque
iacob & impositis liberis & coniugibus suis super ca
melos abiit. tulitque omnem substantiam & greges. &
quicquid in mesopotamia acquisierat. pergens ad ysaac
patrem suum in terra chanaan. Eo tempore laban
ierat ad tondendas oues. & rachel furata est
ydola patris sui. Noluitque iacob confiteri socero
suo quod fugeret. Cumque abisset tam ipse quam omnia que iu
ris eius erant. & amne transmisso pergeret contra mon
tem galaad. nunciatum est laban die tercio quod fu
geret iacob. Qui assumptis fratribus suis persecutus est
eum diebus vii. & comprehendit in monte galaad. Ui
ditque in sompnis dicentem dominum sibi. Caue ne
quicquam aspere loquaris contra iacob. Iamque iacob extende
rat in monte tabernaculum. Cumque consecutus ille
esset eum cum fratribus suis. in eodem monte galaad
fixit tentorium. Et dixit ad iacob. Quare ita
egisti ut clam me abigeres filias meas qua
si captiuas gladio. Cur ignorante me. ef
fugere uoluisti. nec indicare michi ut prosequerer
te cum gaudio. & canticis. & tympanis & cyt
haris. Non es passus ut oscularer filios
meos ac filias. Stulte operatus es. Et nunc qui
dem ualet manus mea reddere tibi malum. Sed deus patris
tui heri dixit michi. Caue. ne loquaris cum iacob que
quam durius. Et si ad tuos ire cupiebas & desi
derio tibi erat domus patris tui. cur furatus es de
os meos. Respondit iacob. Quod inscio te pro
fectus sum timui ne uiolenter auferres filias
tuas. Quod autem furti me arguis. apud quem
cumque inueneris deos tuos. necetur coram fratribus
nostris. Scrutare. & quicquid tuorum apud me in
ueneris aufer. Hec dicens. ignorabat quod rachel
furata esset ydola patris sui. Ingressus itaque la

ban tabernacula iacob & lye. & utriusque famule. non
inuenit. Cumque intrasset tentorium rachel. illa fes
tinans abscondit ydola subter stramenta cameli. &
sedit desuper. Scrutantique omne tentorium & nichil
inuenienti ait. Ne irascatur dominus meus quod coram te
assurgere nequeo. quia iuxta consuetudinem feminarum
nunc accidit michi. Sicque delusa sollicitudo querentis
tis est. Tumensque iacob cum iurgio ait. Quam ob
culpam meam & ob quod peccatum sic exarsisti post me.
& scrutatus es omnem supellectilem meam. Quid
inuenisti de cuncta substantia domus tue. Pone hic
coram fratribus meis & fratribus tuis. & iudicent inter me
& te. Idcirco xx. annis fui tecum. Oues tue & ca
pre steriles non fuerunt. arietes gregis tui non comedi
nec captum a bestia ostendi tibi. Ego dampnum omne
reddebam. quicquid furto peribat a me exigebas.
Die noctuque estu urebar & gelu. fugiebatque
sompnus ab oculis meis. Sic per xx. annos in domo tua
seruiui tibi. xiiii. pro filiabus. & vi. pro gregibus tuis. In
mutasti quoque mercedem meam. x. uicibus. Nisi deus patris
mei abraham & timor ysaac affuisset michi. forsitan
modo nudum me dimisisses. Afflictionem & labo
rem manuum mearum respexit deus. & arguit te
heri. Respondit ei laban. Filie & filii & greges
tui. & omnia que cernis mea sunt. Quid possum facere filiis
& nepotibus meis. Ueni ergo & ineamus fedus. ut sit
testimonium inter me & te. Tulit ergo lapidem ia
cob & erexit illum in titulum. Dixitque fratribus su
is. Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumu
lum. comederuntque super eum. Quem uocauit laban tu
mulum testis & iacob aceruum testimonii. uterque
iuxta proprietatem lingue sue. Dixitque laban. Tu
mulus iste testis erit inter me & te hodie. Et
idcirco appellatum est nomen eius galaad. id est tumu
lus testis. Intueatur dominus & iudicet inter nos
quando recesserimus a nobis. Si afflixeris filias meas &
si introduxeris uxores alias super eas. nullus sermo
nis nostri testis est absque deo. qui presens respicit.
Dixitque rursus ad iacob. En tumulus hic & la
pis quem erexi. inter me & te testis erit. Tu
mulus inquam iste & lapis sit in testimonium si
aut ego transiero illum pergens ad te aut tu pretie
ris. malum in cogitans. Deus abraham & deus nachor

iudicet inter nos. deus patris eorum. Iuravit iacob per
timorem patris sui ysaac. Immolatisque victimis
in monte: vocavit fratres suos. ut ederent panem.
Qui cum comedissent panem manserunt ibi. Laban vero
de nocte consurgens osculatus est filios et filias suas
et benedixit illis: reversusque est in locum suum.
Iacob quoque abiit itinere quo ceperat. XXXII.
Fueruntque ei obviam angeli dei. Quos cum vidisset,
ait. Castra dei sunt hec. Et appellavit nomen
loci illius manaym id est castra. Misit autem et nun
cios ante se ad esau fratrem suum. in terram seyr
regionis edom. precepitque eis dicens. Sic loqui
mini domino meo esau. Hec dicit frater tuus iacob. Apud
laban peregrinatus sum: et fui usque in presentem diem.
Habeo boves et asinos. oves et servos. atque
ancillas. mittoque nunc legationem ad dominum
meum. ut inveniam gratiam in conspectu suo. Re
versi sunt nuncii ad iacob dicentes. Venimus ad
esau fratrem tuum. et ecce properat in occursum tibi
cum quadringentis viris. Timuit valde iacob.
et perterritus divisit populum qui secum erat. greges quoque et
oves et boves et camelos in duas turmas.
dicens. Si venerit esau ad unam turmam et percus
serit eam. alia turma que reliqua est salvabitur. Dixitque
iacob. Deus patris mei abraham et deus patris mei y
saac. domine qui dixisti michi revertere in terram tuam. et in
locum nativitatis tue. et benefaciam tibi. minor sum
cunctis miserationibus tuis. et veritate quam explesti
servo tuo. In baculo meo transivi iordanem is
tum. et nunc cum duabus turmis regredior. Erue me
de manu fratris mei de manu esau. quia valde
eum timeo. ne forte veniens percutiat matrem
cum filiis. Tu locutus es quod bene michi faceres.
et dilatares semen meum sicut harenam maris.
que pre multitudine numerari non potest. Cumque ob
dormisset ibi nocte illa. separavit de his que ha
bebat munera esau fratri suo. capras ducentas
hyrcos xx. oves ducentas. arietes xx. ca
melos fetas cum pullis suis xxx. vaccas xl.
et tauros xx. asinas xx. et pullos earum x. Et
misit per manus servorum suorum singulos seorsum
greges. Dixitque pueris suis. Antecedite me et
sit spacium inter gregem et gregem. Et precepit prio
ri dicens. Si obvium habueris esau fratrem meum.
et interrogaverit te cuius es. et quo vadis. et cuius sunt ista
que sequeris. respondebis. Servi tui iacob. munera
misit domino meo esau. Ipse quoque post nos venit.
Similiter mandata dedit secundo ac tercio. et cunctis qui se
quebantur greges dicens. Hisdem verbis loquimini ad e
sau cum inveneritis eum. et hec addetis. Ipse quoque
servus tuus iacob iter nostrum insequitur. Dixit enim. Placa
bo eum muneribus que precedunt. et postea eum videbo.
forsitan propitiabitur michi. Precesserunt itaque munera ante
eum. ipse vero mansit nocte illa in castris. Cumque ma
ture surrexisset, tulit duas uxores suas. et toti
dem famulas cum xi filiis. et transivit vadum ia
boc. Transductisque omnibus que ad se pertinebant
remansit solus. Et ecce vir luctabatur cum eo
usque mane. Qui cum videret quod eum superare non
posset: tetigit nervum femoris eius. et statim emar
cuit. Dixitque ad eum. Dimitte me: iam enim
ascendit aurora. Respondit. Non dimittam te.
nisi benedixeris michi. Ait ergo. Quod nomen est tibi. Respon
dit. Iacob. At ille. Nequaquam inquit iacob appella
bitur nomen tuum. sed israel. Quoniam si contra deum fortis
fuisti. quanto magis contra homines prevalebis:
Interrogavitque eum iacob. Dic michi quo appellaris
nomine. Respondit. Cur queris nomen meum quod est mira
bile. Et benedixit ei in eodem loco. Vocavitque
iacob nomen loci illius phanuel dicens. Vidi
dominum facie ad faciem: et salva facta est anima mea.
Ortusque est ei statim sol postquam transgressus est pha
nuel. Ipse vero claudicabat pede. Quam ob causam
non comedunt filii israel nervum qui emarcuit in femo
re iacob. usque in presentem diem. eo quod tetigit
nervum femoris eius. et obstupuit. XXXIII.
Levans autem iacob oculos suos. vidit
venientem esau et cum eo quadringentos vi
ros. Divisitque filios lye et rachel. ambarum
que famularum. et posuit utramque ancillam et libe
ros earum in principio. lyam vero et filios eius in secundo
loco. rachel autem et ioseph novissimos. Et ipse
progrediens adoravit pronus in terram septies. donec
appropinquaret frater eius. Currens itaque esau ob
viam fratri suo. amplexatus est eum. stringensque col
lum eius et osculans flevit. levatisque oculis vi

dit mulieres et paruulos earum et ait. Quid sibi uolunt
isti. et si ad te pertinent. Respondit. Paruuli sunt quos do
nauit mihi deus seruo tuo. Et appropinquantes an
cille et filii earum incuruati sunt. Accessitque lya cum libe
ris suis. Et cum similiter adorassent. extremi io
seph et rachel adorauerunt. Dixitque esau. Que nam sunt
iste turme. quas obuiam habui. Respondit. Vt inuenirem
gratiam coram te domino meo. Et ille. Habeo am
plissima frater mi. sint tua tibi. Dixit iacob. Noli ita
obsecro. Sed si inueni gratiam in oculis tuis. accipe
munusculum de manibus meis. Sic enim uidi faciem
tuam quasi uiderim uultum dei. Esto mihi propitius et susci
pe benedictionem. quam attuli tibi. et quam donauit mihi deus
tribuens omnia. Vix fratre compellente suscipiens ait.
Gradiamur simul. et ero socius itineris tui. Dixitque ia
cob. Nosti domine mi quod paruulos habeam teneros. et
oues ac boues fetas mecum. quas si plus in ambulando
fecero laborare. morientur una die cuncti greges.
Precedat dominus meus ante seruum suum. et ego sequar pau
latim uestigia eius sicut uidero posse paruulos meos do
nec ueniam ad dominum meum in seyr. Respondit esau. Oro
te ut de populo qui mecum est saltem socii remaneant uie
tue. Non est inquit necesse. Hoc uno indigeo ut in
ueniam gratiam in conspectu tuo. domine mi. Reuersus que
est illo die esau itinere quo uenerat in seyr. Et
iacob uenit in soccoth. Vbi edificata domo
et fixis tentoriis. appellauit nomen loci illius soc
coth. id est tabernacula. Transiuitque in salem urbem sy
corum. que est in terra chanaan. postquam reuersus
est a mesopotamia syrie. et habitauit iuxta oppi
dum. Emitque partem agri. in qua fixerat tabernacula a fi
liis emor patris sychem. centum agnis. Et erecto
ibi altari. inuocauit super illud fortissimum deum
israel.

XXXIIII

xxxiiii Egressa est autem dina filia lye ut uideret mulie
res regionis illius. Quam cum uidisset sychem
filius emor euei princeps terre illius adama
uit et rapuit. et dormiuit cum illa. ui opprimens
uirginem. Et conglutinata est anima eius cum ea. tristemque
blandiciis deliniuit. Et pergens ad emor patrem
suum. accipe mihi inquit puellam hanc coniugem.
Quod cum audisset iacob. absentibus filiis et in pastu
occupatis pecorum siluit donec redirent. Egresso autem

emor patre sychem ut loqueretur ad iacob. ecce filii
eius ueniebant de agro. Auditoque quod acciderat ira
ti sunt ualde. eo quod fedam rem operatus esset in israel.
et filia iacob uiolata rem illicitam perpetrasset. Locutus
est itaque emor ad eos. Sychem filii mei adhe
sit anima filie uestre. date eam illi uxorem. et iungamus
uicissim conubia. filias uestras tradite nobis. et filias
nostras accipite. et habitate nobiscum. Terra in pote
state uestra est. exercete negociamini et possidete
eam. Sed et sychem ad patrem et ad fratres eius ait. Inue
niam gratiam coram uobis. et quecumque statueritis dabo.
Augete dotem. munera postulate. libens tribuam
quod petieritis. tantum date mihi puellam hanc uxorem.
Responderunt filii iacob sychem et patri eius in dolo. se
uientes ob stuprum sororis. Non possumus facere
quod petitis. nec dare sororem nostram homini incircumciso.
quod illicitum et nefarium est apud nos. Sed in hoc ua
lebimus federari. si esse uolueritis nostri similes. et circum
cidatur in uobis omne masculini sexus. tunc dabi
mus. et accipiemus mutuo filias nostras ac uestras.
et habitabimus uobiscum. erimusque unus populus. Sin autem
circumcidi nolueritis tollemus filiam nostram et recede
mus. Placuit oblatio emor eorum et sychem filio
eius. nec distulit adolescens quin statim quod petebatur
expleret. Amabat enim puellam ualde. et ipse e
rat inclitus in omni domo patris sui. Ingressique
portam urbis locuti sunt populo. Viri isti pacifici
sunt. et uolunt habitare nobiscum. negocientur in
terra et exerceant eam. que lata et spaciosa cultoribus
indiget. Filias eorum accipiemus uxores. et
nostras illis dabimus. Vnum est quo differtur tantum bo
num. Si circumcidamus masculos nostros ritum gentis
imitantes. et substantia eorum et pecora et cuncta que pos
sident nostra erunt. tantum in hoc adquiescamus. et habitan
tes simul unum efficiemus populum. Assensi sunt omnes.
circumcisis cunctis maribus. Et ecce die tercio quando
grauissimus uulnerum dolor est. arreptis duo ia
cob filii symeon et leui. fratres dine gladiis in
gressi sunt urbem confidenter. interfectisque omnibus mascu
lis. emor et sychem pariter necauerunt. tollentes
dinam de domo sychem sororem suam. Quibus egressis
irruerunt super occisos ceteri filii iacob. et depo
pulati sunt urbem in ultionem stupri. Oues eorum et

armenta et asinos cunctaque vastantes que in domi-
bus et in agris erant, parvulos quoque et uxores eorum dux-
erunt captivas. Quibus patratis audacter Iacob dixit
ad Symeon et Levi: Turbastis me et odiosum
fecistis Cananeis et Phereseis habitatoribus
terre huius. Nos pauci sumus; illi congregati percutient
me et delebor ego et domus mea. Responderunt: Numquid
ut scorto abuti debuere sorore nostra?

XXXV

Interea locutus est dominus ad Iacob:
Surge et ascende Bethel et habita ibi, facque i-
bi altare domino qui apparuit tibi quando fugiebas Esau
fratrem tuum. Iacob vero convocata omni domo sua
ait: Abicite deos alienos qui in medio vestri sunt
et mundamini ac mutate vestimenta vestra. Sur-
gite et ascendamus in Bethel ut faciamus ibi alta-
re domino, qui exaudivit me in die tribulationis
mee et fuit socius itineris mei. Dederunt ergo ei omnes
deos alienos quos habebant et inaures que erant in
auribus eorum. At ille infodit ea subter terebyn-
tum que est post urbem Sychem. Cumque profecti essent,
terror domini invasit omnes per circuitum civitates
et non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob
Luzam que est in terra Chanaan, cognomento Bethel,
ipse et omnis populus cum eo. Edificavitque ibi altare domino
et appellavit nomen loci illius Domus dei. Ibi enim
apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum. Eodem tempore
mortua est Debbora nutrix Rebecce et sepulta
ad radices Bethel subter quercum, vocatumque
est nomen loci Quercus fletus. Apparuit autem iterum deus
Iacob postquam reversus est de Mesopotamia
Syrie, benedixitque ei dicens: Non vocaberis ultra
Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellavit
eum Israel. Dixitque ei: Ego deus omnipotens, cresce et
multiplicare. Gentes et populi nationum erunt ex
te, reges de lumbis tuis egredientur. Terramque quam
dedi Abraham et Ysaac dabo tibi et semini tuo post
te. Et recessit ab eo. Ille vero erexit tytulum
lapideum in loco quo locutus ei fuerat deus, libans
super eum libamina et effundens oleum, vocansque no-
men loci Bethel. Egressus inde, verno tempore ad terram
que ducit Ephratham. In qua cum parturiret Ra-
chel, ob difficultatem partus periclitari cepit.
Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia et hunc habe-
bis filium. Egrediente autem anima pre dolore et imminen-
te iam morte, vocavit nomen filii sui Benoni,
id est filius doloris mei. Pater vero appellavit eum Ben-
iamin, id est filius dextre. Mortua est ergo Rachel et se-
pulta in via que ducit Ephratham; hec est Bethleem. Erex-
itque Iacob tytulum super sepulchrum eius. Hic est tytulus
monumenti Rachel usque in presentem diem. Egressus
inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cumque ha-
bitaret in illa regione, abiit Ruben et dormi-
vit cum Bala concubina patris sui, quod illum mini-
me latuit. Erant autem filii Iacob xii. Filii Lye: pri-
mogenitus Ruben, et Symeon et Levi et Iudas
et Ysachar et Zabulon. Filii Rachel: Ioseph et
Beniamin. Filii Bale ancille Rachelis: Dan et
Neptalim. Filii Zelphe ancille Lye: Gad et A-
ser. Hii filii Iacob qui nati sunt ei in Mesopota-
mia Syrie. Venit etiam ad Ysaac patrem suum in
Mambre civitatem Arbee; hec est Ebron, in qua peregri-
natus est Abraham et Ysaac. Et completi sunt dies
Ysaac centum octoginta annorum, consumptusque etate
mortuus est et appositus populo suo senex et plenus
dierum, et sepelierunt eum Esau et Iacob filii sui.

XXXVI

Hee sunt generationes Esau:
Ipse est Edom. Esau accepit uxores de fi-
liabus Chanaan: Ada filiam Elom Ethei, et Ooliba-
ma filiam Ane filii Sebeon Evei, Basemath quoque
filiam Ysmahel sororem Nabaioth. Peperit autem
Ada Eliphaz, Basemath genuit Raguhel, Oo-
libama edidit Hyeus et Hyelom et Chore.
Hii filii Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan.
Tulit autem Esau uxores suas et filios et filias et
omnem animam domus sue, et substantiam et pecora et
cuncta que habere poterat in terra Chanaan, et abiit in
alteram regionem, recessitque a fratre suo Iacob.
Divites enim erant valde et simul habitare non po-
terant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum
pre multitudine gregum. Habitavitque Esau in monte
Seyr; ipse est Edom. Hee sunt generationes Esau
patris Edom in monte Seyr, et hec nomina filiorum
eius: Eliphaz filius Ada uxoris Esau, Raguhel quoque
filius Basemath uxoris eius. Fueruntque filii Elyphaz
Theman, Omar, Sepho et Gatham et Cenez et
Chore. Erat autem Thamna concubina Elyphaz

filii esau que peperit ei amalech. Hii filii ade
uxoris esau. filii autem raguel naath. et zara. sema.
et mezaeth. Hii filii basemath uxoris esau. Is
ti quoque erant filii oolibama. filie ane. filii sebeon
uxoris esau. quos genuit ei hyeus et hyelom et
chore. Hii duces filiorum esau. filii elyphaz primo
geniti esau. Dux theman. dux omar. dux
sephu. dux cenez. dux chore. dux dathan. dux
amalech. Hii filii elyphaz in terra edom. et hii filii
ade. Hii quoque filii raguel filii esau. Dux naath.
dux zara. dux sema. dux meza. Hii duces ra
guel in terra edom. et hii filii basemath uxoris
esau. Hii autem filii oolibama uxoris esau. Dux hie
us. dux hyelom. dux chore. Hii duces ooliba
ma. filie ana uxoris esau. Isti filii esau. et
hii duces eorum. ipse est edom. Isti filii seyr hor
rei habitatoris terre. Lotham. et sobal. et sebeon.
et anan. et dison. et eser. et disam. Hii duces
horrei filii seyr in terra edom. Facti sunt autem filii
lothan horrei theman. Erat autem soror lothan
thamna. Et isti filii sobal. aluan. et maneeth.
et hebal. sephi. et onam. Et hii filii sebeon acha
ia et ana. Iste est ana qui invenit aquas calidas in
solitudine cum pasceret asinos sebeon patris sui.
Habuitque filium disan. et filiam oolibama. Et isti
filii dison. amdan et hesban. et iethram. et caran.
Hii quoque filii eser. balaan et zeuan et acham.
Habuit autem filios disan. hus et aran. Isti duces
horreorum. Dux lothan. dux sobal. dux sebe
on. dux ana. dux dison. dux eser. dux di
san. Isti inquam duces horreorum qui imperaverunt in
terra seyr. Reges autem qui regnaverunt in terra edom
antequam haberent regem filii israel. fuerunt hii. Ba
lac filius beor. nomenque urbis eius denaba.
Mortuus est autem balac. et regnavit pro eo filius
iobab filius zare de bosra. Cumque mortuus esset io
bab. regnavit pro eo husan de terra themanorum.
Hoc quoque mortuo regnavit pro eo adad filius bada
di. qui percussit madian in regione moab. et no
men urbis eius aiuith. Cumque mortuus esset adad.
regnavit pro eo semla de masereca. Hoc quoque
mortuo regnavit pro eo saul de fluvio roo
both. Cumque et hic obisset. successit in regnum

balanan filius achobor. Isto quoque mortuo regna
vit pro eo adad. nomenque urbis eius phoau. et ap
pellabatur uxor eius meezabel filia matred fi
lia mizaab. Hec ergo nomina esau in cognationibus.
locis et vocabulis suis. Dux thamna. dux al
ua. dux ietheth. dux oolibama. dux elad.
dux physon. dux cenez. dux theman. dux
mabsar. dux mabdiel. dux iram. Hii duces
edom habitantes in terra imperii sui. ipse est esau
pater ydumeorum. Habitavit autem iacob in terra cha
naan. in qua peregrinatus est pater suus. et hee sunt gene
rationes eius. XXXVII.

Ioseph cum xvi esset annorum pascebat gre
gem cum fratribus suis adhuc puer. Et erat
cum filiis bale et zelphe uxorum patris sui.
Accusavitque fratres suos apud patrem crimi
ne pessimo. Israel autem diligebat ioseph super
omnes filios suos. eo quod in senectute genu
isset eum. Fecitque ei tunicam polimitam.
Videntes autem fratres quod a patre plus cunctis filiis
amaretur. oderant eum. nec poterant ei quicquam paci
fice loqui. Accidit quoque ut visum sompnium referret
fratribus suis. que causa maioris odii seminarium fu
it. Dixitque ad eos. Audite sompnium meum quod
vidi. Putabam nos ligare manipulos in
agro. et quasi consurgere manipulum meum et stare.
vestrosque manipulos circumstantes adorare ma
nipulum meum. Responderunt fratres eius. Numquid rex
noster eris. aut subiciemur dicioni tue. Hec ergo
causa sompniorum atque sermonum invidie et odii fo
mitem ministravit. Aliud quoque vidit sompnium.
quod narrans fratribus ait. Vidi per sompnium quasi solem
et lunam et stellas xi adorare me. Quod cum patri
suo et fratribus retulisset. increpavit eum pater et dixit.
Quid sibi vult hoc sompnium quod vidisti. Num ego
et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram.
Invidebant ei igitur fratres sui. pater vero rem tacitus consi
derabat. Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris
morarentur in sychem. dixit ad eum israel. Fratres
tui pascunt oves in sicimis. veni mit
tam te ad eos. Quo respondente presto sum ait ei. Vade
et vide si cuncta prospera sint erga fratres
tuos. et pecora. et renuntia mihi quid agatur.

Missus igitur de valle Hebron venit in Sychem.
Invenitque eum vir errantem in agro, et interro-
gavit quid quereret. At ille respondit: Fratres meos quero,
indica michi ubi pascant greges. Dixitque ei vir: Re-
cesserunt de loco isto. Audivi autem eos dicentes:
Eamus in Dothaim. Perrexit ergo Ioseph post fratres
suos, et invenit eos in Dothaim. Qui cum vidissent
eum procul, antequam accederet ad eos, cogitaverunt illum
occidere, et mutuo loquebantur: Ecce sompniator
venit. Venite occidamus eum et mittamus in cister-
nam hanc veterem, dicemusque: Quod fera pessima
devoravit eum, et tunc apparebit quid illi prosint somp-
nia sua. Audiens hec Ruben nitebatur liberare
eum de manibus eorum, et dicebat: Non interficiamus
animam eius, nec effundamus sanguinem, sed proicite eum
in cisternam hanc que est in solitudine, manusque vestras
servate innoxias. Hoc autem dicebat volens e-
ripere eum de manibus eorum et reddere patri suo. Con-
festim igitur ut pervenit ad fratres, nudaverunt eum
tunica talari et polimita, miseruntque in cister-
nam que non habebat aquam. Et sedentes ut comede-
rent panem, viderunt viatores Ysmahelitas
venire de Galaad, et camelos eorum portantes
aromata, et resinam, et stacten in Egyptum.
Dixitque Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest si
occiderimus fratrem nostrum, et celaverimus sanguinem
ipsius? Melius est ut venundetur Ismahelitis, et ma-
nus nostre non polluantur: frater enim et caro nostra est.
Acquieverunt fratres sermonibus eius, et pretereuntibus Ysma-
helitis negociatoribus extrahentes eum de cister-
na, vendiderunt viginti argenteis. Qui duxerunt
eum in Egyptum. Reversusque Ruben ad cisternam
non invenit puerum, et scissis vestibus pergens ad
fratres suos ait: Puer non comparet, et ego quo ibo?
Tulerunt autem tunicam eius, et in sanguine hedi
quem occiderant tinxerunt, mittentes qui ferrent
ad patrem, et dicerent: Hanc invenimus: vide utrum
tunica filii tui sit an non. Quam cum agnovis-
set pater, ait: Tunica filii mei est, fera pessima
comedit eum, bestia devoravit Ioseph. Scis-
sisque vestibus indutus est cilicio, lugens fi-
lium multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis
eius ut lenirent dolorem patris, noluit consola-
tionem recipere, sed ait: Descendam ad filium meum lu-
gens in infernum. Et illo perseverante in fletu, Madi-
anite vendiderunt Ioseph in Egypto Phuti-
phar eunucho Pharaonis, magistro militie.

XXXVIII

Eo tempore descendens Iudas
a fratribus suis, divertit ad virum Odollamitem
nomine Yram. Viditque ibi filiam hominis Cha-
nanei vocabulo Sue, et uxore accepta ingressus
est ad eam. Que concepit et peperit filium, vocavitque
nomen eius Her. Rursum concepto fetu, natum filium
nominavit Onam. Tercium quoque peperit, quem appellavit
Sela, quo nato parere ultra cessavit. Dedit autem Iu-
das uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar.
Fuit quoque primogenitus Iude nequam in conspectu Domini,
et ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onam
filium suum: Ingredere ad uxorem fratris tui et sociare
illi, ut suscites semen fratri tuo. Ille sciens non
sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, se-
men fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascere-
rentur. Et idcirco percussit eum Dominus, quod rem detestabi-
lem faceret. Quam ob rem dixit Iudas Thamar nu-
rui sue: Esto vidua in domo patris tui, donec
crescat Sela filius meus. Timebat enim ne et ipse mo-
reretur sicut et fratres eius. Que abiit et habitavit in domo
patris sui. Evolutis autem multis diebus mortua
est Sue uxor Iude. Qui post luctum consolatione
suscepta, ascendebat ad tonsores ovium suarum
ipse et Hyras opilio gregis Odollamites in Tham-
nas. Nunciatumque est Thamar quod socer illius ascen-
deret in Thamnas ad tondendas oves. Que de-
positis viduitatis vestibus assumpsit theristrum
et mutato habitu sedit in bivio itineris quod ducit
Thamnam, eo quod crevisset Sela, et non eum accepis-
set maritum. Quam cum vidisset Iudas, suspicatus
est esse meretricem. Operuerat enim vultum suum ne cog-
nosceretur. Ingrediensque ad eam ait: Dimitte me
ut coeam tecum. Nesciebat enim quod nurus sua
esset. Qua respondente: Quid michi dabis ut fruaris
concubitu meo? dixit: Mittam tibi hedum de gregibus.
Rursumque illa dicente: Patiar quod vis, si dederis
michi arrabonem donec mittas quod polliceris. Ait
Iudas: Quid vis tibi pro arrabone dari? Respondit:
Anulum et armillam, et baculum quem manu tenes.

ad unum quem coitu concepit mulier. Et surgens abi-
it. Depositoque habitu quem assumpserat. induta est vi-
duitatis vestibus. Misit autem iudas hedum per pasto-
rem odollamitem ut reciperet pignus quod dederat mu-
lieri. Qui cum non invenisset eam. interrogavit homines loci
illius. Ubi est mulier que sedebat in bivio. Respondentibus
cunctis non fuit in loco isto meretrix. reversus est ad iudam
et dixit ei. Non inveni eam. Sed et homines loci illius dixe-
runt mihi. numquam sedisse ibi scortum. Ait iudas. Habeat
sibi. certe mendacii nos arguere non poterit. Ego misi
hedum quem promiseram. et tu non invenisti eam. Ecce
autem post tres menses nuntiaverunt iude dicentes.
Fornicata est thamar nurus tua. et videtur uterus
illius intumescere. Dixit iudas. Producite eam ut combu-
ratur. Que cum educeretur ad penam. misit ad socerum su-
um dicens. De viro cuius hec sunt concepi. Cognosce
cuius sit anulus. et armilla. et baculus. Qui agnitis
muneribus ait. Iustior me est thamar quia non tradidi
eam sela filio meo. Attamen ultra non cognovit eam. In
ipso autem partu apparuerunt gemini in utero. atque in
ipsa effusione infantium unus protulit manum in qua
obstetrix ligavit coccinum dicens. Iste egredietur pri-
or. Illo vero retrahente manum egressus est alter. Dixitque
mulier. Quare divisa est propter te maceria. et ob hanc
causam vocavit nomen eius phares. Postea egressus
est frater eius. in cuius manu erat coccinum. quem appel-
lavit zara. XXXVIIII

xxxviii Igitur ioseph ductus est in egyptum. emitque eum
phutiphar eunuchus pharaonis. princeps exer-
citus vir egyptius. de manu hysmahelita-
rum a quibus perductus erat. Fuitque dominus cum eo.
et erat vir in cunctis prospere agens. habitabatque
in domo domini sui. qui optime noverat esse dominum cum eo.
et omnia que gereret ab eo dirigi in manu illius. Inve-
nitque ioseph gratiam coram domino suo. et ministrabat
ei. a quo prepositus omnibus gubernabat creditam sibi domum
et universa que tradita fuerant. Benedixitque dominus domui
egyptii propter ioseph. et multiplicavit tam in edibus
quam in agris cunctam eius substantiam. nec quicquam aliud
noverat nisi panem quo vescebatur. Erat autem ioseph
pulchra facie. et decorus aspectu. Post multos
itaque dies iniecit domina oculos suos in ioseph.
et ait. Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens ope-
ri nefario dixit ad eam. Ecce dominus meus omnibus mihi traditis
ignorat quid habeat in domo sua. nec quicquam est quod non
in mea sit potestate. vel non tradiderit mihi. preter te que
uxor eius es. Quomodo ergo possum malum hoc facere. et pec-
care in dominum meum. Huiuscemodi verbis per singulos di-
es et mulier molesta erat adolescenti. et ille recusa-
bat stuprum. Accidit autem ut quadam die intraret io-
seph domum. et operis quippiam absque arbitris faceret. et
illa apprehensa lacinia vestimenti eius diceret. Dormi me-
cum. Qui relicto in manu eius pallio. fugit. et egressus
est foras. Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis. et
se esse contemptam. vocavit homines domus sue. et ait ad
eos. En introduxit virum hebreum ut illuderet nobis.
Ingressus est enim ad me ut coiret mecum. Cumque ego
succlamassem. et audisset vocem meam. reliquit pal-
lium quod tenebam. et fugit foras. In argumentum ergo
fidei retentum pallium ostendit marito revertenti do-
mum. et ait. Ingressus est ad me servus hebreus quem
adduxisti ut illuderet mihi. Cumque vidisset me cla-
mare reliquit pallium et foras fugit. His audi-
tis dominus. et nimium credulus verbis coniugis iratus
est valde. tradiditque ioseph in carcerem. ubi vincti
regis custodiebantur. et erat ibi clausus. Fuit
autem dominus cum ioseph. et misertus est illius. et dedit ei
gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in
manu illius universos vinctos qui in custodia
tenebantur. et quicquid fiebat sub ipso erat. nec
noverat aliquid cunctis ei creditis. Dominus enim erat
cum illo. et omnia opera eius dirigebat. XL

His itaque gestis accidit ut peccarent
duo eunuchi. pincerna regis egyp-
ti. et pistor domino suo. Iratusque est pharao contra
eos. nam alter pincernis preerat. alter pistoribus.
Et misit eos in carcerem principis militum in quo
erat vinctus et ioseph. At custos carceris tra-
didit eos ioseph. qui et ministrabat eis. Aliquantulum
temporis fluxerat. et illi in custodia tenebantur.
Videruntque ambo somnium nocte una. iuxta
interpretationem congruam sibi. Ad quos cum introisset
ioseph mane. et vidisset eos tristes. sciscita-
tus est dicens. Cur tristior est hodie solito
facies vestra. Qui responderunt. Somnium vidi-
mus. et non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos

[Io]seph. Numquid non dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis. Narravit prior prepositus pincernarum somnium suum. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas, et post flores uvas maturescere, calicemque pharaonis in manu mea. Tuli ergo uvas et expressi in calicem quem tenebam, et tradidi poculum pharaoni. Respondit ioseph. Hec est interpretatio somnii. Tres propagines tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur pharao ministerii tui, et restituet te in gradum pristinum. Dabisque ei calicem iuxta officium tuum, sicut facere ante consueveras. Tantum memento mei cum bene tibi fuerit, et facias mecum misericordiam, ut suggeras pharaoni et educat me de isto carcere, quia furto sublatus sum de terra hebreorum, et hic innocens in lacum missus sum. Videns pistorum magister quod prudenter somnium dissolvisset, ait. Et ego vidi somnium quod haberem tria canistra farine super caput meum, et in uno canistro quod erat excelsius portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria, avesque comedere ex eo. Respondit ioseph. Hec est interpretatio somnii. Tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos auferet pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, et lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tercius natalis pharaonis erat, qui faciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum et pistorum principis. Restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret poculum; alterum suspendit in patibulo, ut coniectoris veritas probaretur. Et tamen succedentibus prosperis prepositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

XLI

Post duos annos vidit pharao somnium. Putabat se stare super fluvium, de quo ascendebant vii. boves pulchre et crasse nimis, et pascebantur in locis palustribus. Alie quoque vii. emergebant de flumine, fede confecteque macie, et pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus. Devoraveruntque eas quarum mira species et habitudo corporum erat. Expergefactus pharao rursum obdormivit, et vidit alterum somnium. Septem spice pullulabant in culmo uno plene atque formose. Alie quoque totidem spice tenues et percusse uredine oriebantur, devorantes omnem prioris pulchritudinem. Evigilans pharao post quietem, et facto mane pavore perterritus, misit ad coniectores egypti cunctosque sapientes, et accersitis narravit somnium, nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens pincernarum magister ait. Confiteor peccatum meum. Iratus rex servis suis, me et magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum, ubi una nocte uterque vidimus somnium presagum futurorum. Erat ibi puer hebreus eiusdem ducis militum famulus, cui narrantes somnia audivimus quicquid postea rei probavit eventus. Ego enim redditus sum officio meo, et ille suspensus est in cruce. Protinus ad regis imperium eductum de carcere ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait. Vidi somnia, nec est qui edisserat que vidi. que audivi te prudentissime conicere. Respondit ioseph. Absque me deus respondebit prospera pharaoni. Narravit ergo pharao quod viderat. Putabam inquit me stare super ripam fluminis, et vii. boves de amne conscendere pulchras nimis et obesis carnibus, que in pastu paludis virecta carpebant. Et ecce has sequebantur alie vii. boves in tantum deformes et macilente, ut numquam tales in terra egypti viderim. Que devoratis et consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere vestigium, sed simili macie et squalore torpebant. Evigilans rursum sopore depressus vidi somnium. Septem spice pullulabant in culmo uno plene atque pulcherrime. Alie quoque vii. tenues et percusse uredine oriebantur ex stipula, que priorum pulchritudinem devoraverunt. Narravi coniectoribus somnium, et nemo est qui edisserat. Respondit ioseph. Somnium regis unum est. Que facturus est deus ostendit pharaoni. Septem boves pulchre et vii. spice plene, vii. ubertatis anni sunt, eandemque vim somnii comprehendunt. Septem quoque boves tenues atque macilente que ascenderunt post eas, et vii. spice tenues et vento urente percusse, vii. anni sunt venture famis. Qui hoc ordine complebuntur. Ecce vii. anni venient fertilitatis mag

ne in tra egypti. qs sequitr vii. alii anni tante
sterilitatis ut oblivioni tradatr cuncta ret habū
dantia. Consūpta ē enim fames omnē trām.
et ubtatis magnitudinē pditā inopie mag
nitudo. Qd ā uidisti scd̄o ad eandē rē ptinēs
sōpniū: firmitatis indiciū ē. eo qd fiat sermo
dī. et uelocī impleat. Nūc g̃ puideat rex sa
pientē uirū et industriū: et pficiat eū tre e
gypti. q̄ constituat ppositos p singlas regiōes
et q̄ntā ptē fructuū p vii. annos sterilitatis q̄
iā nūc futri st. congget in horrea. et omē frum
tū sub pharaonis potestate condat. srvetq; in urbi
bs. et paret futre vii. annoꝝ fami q̄ pssura ē
egyptū. et n̄ consumet tra inopia. Placuit pha
oni consiliū. et cunctis minis eī. locutusq; ē
ad eos. Nū inuenire poterimꝰ talē uirū q̄ spu
dī plenꝰ sit. Dix g̃ ad ioseph. Qā ostēdit
t dōs oīa q̄ locutꝰ es. nūqd sapientiorē et si
milē tui inuenire potō. Tu eris sr̄ domū
meā. et ad tui oris imptū cunctus pp̄s obe
diet. uno tm̄ regni solio te pcedā. Dix q;
rursū pharao ad ioseph. Ecce constitui te sr̄ u
niusā trā egypti. Tulitq; anulū de manu
sua. et dedit ī manu eī. uestiuitq; eū stolā
bissinā. et collo torquē aureā circūposuit. fe
citq; ascēdē sr̄ currū suū scdm. clamāte
pcone. ut oms corā eo genu flecterēt. et p
positū eē scirēt uniūse tre egypti. Dixit
q; rex ad ioseph. Ego sū pharao. absq; tuo
impio n̄ mouebit quisq manū aut pedem
in oī tra egypti. Uertitq; nomē illī. et uoca
uit eū lingua egyptiaca saluatorē mūdi.
Dedit q; illi uxorē asenech filiā phutipha
ris sacdotis heliopoleos. Egssus ē itaq; iosep
ad trā egypti. Triginta aū annoꝝ erat qn̄
stetit in cōspectu regis pharaonis. et circuiuit
oms regiones egypti. Uenitq; fertilitas vii.
annoꝝ. et ī manipulos redacte segetes congga
te st̄ in horrea egypti. Oīs ē frugū habū
dantia ī singlis urbibꝰ condita ē. tantaq; fu
it multitudo tritici. ut harene maris coequ
ret. et copia mensurā excederet. Nati st̄ iosep
filii duo. anqm̄ ueniret fames. qs ei pe

pit asenech filia phutipharis sacdotis heli
poleos. uocauitq; nomē pmogeniti manasses
dicēs. Obliuisci me fecit dēs omniū laboꝝ
meoꝝ. et domū pris mei. Nomē qq; scdi appella
uit effraym dicēs. Crescē me fecit dēs ī tra
paupertatis mee. Igit transactis vii. annis ub
tatis q̄ fuerāt ī egypto. cepert uenire vii. ā
ni inopie qs pdixat ioseph. et in uniūso orbe
fames pualuit. In cuncta aū tra egypti erat
fames. Q̄ esuriēte clamauit pp̄s ad pha
onē alimēta petēs. Q̄bs ille rndit. Ite ad io
seph. et qcqd uob dixit facite. Crescebat aū
cotidie fames ī oī tra. Apuitq; ioseph uni
usa horrea. et uēdebat egyptiis. Nā et illos
oppsserat fames. Omsq; puintie ueniebāt
ī egyptū. ut emerēt escas. et malū inopie
tempararēt. XLIII

Audiēs aū iacob qd alimēta uēderēt in
egypto. dixit filiis suis. Quare ne
gligitis. Audiui qd triticū uenūdet
ī egypto. descēdite. et emite nob necessa
ria. ut possimꝰ uiuē. et n̄ consumamr inopia.
Descēdentes g̃ frs̄ ioseph. x. ut emerēt
frumēta ī egypto beniamin domi retēto
ab iacob. q̄ dixat frībꝰ eī. ne forte in itinē
qcqm patiat mali. Ingssi st̄ trām egypti
cū aliis q̄ pgebāt ad emēdū. Erat autē
fames ī tra chanaan. et ioseph pnceps e
gypti. atq; ad illī nutū frumēta ppl'is uē
debant. Cūq; adorassēt eū frs̄ sui. et ag
nouisset eos. q̄si ad alienos durꝰ loqbatur
interrogās eos. Unde uenistis. Q̄ rnderūt.
De tra chanaan. ut emamꝰ uictui necca
ria. Et tm̄ frs̄ ipse cognoscēs. n̄ ē agnitus ab eis.
Recordatq; sōpnioꝝ q̄ aliqn uidat. ait ad
eos. Exploratores estis. ut uideatis ifir
miora tre uenistis. Q̄ dixerūt. Nō ē ita
dnē. s; filii tui uenerūt. ut emerēt cibos.
Oms filii unīꝰ uiri sumꝰ. pacifici ueni
mꝰ. n̄ qcqm famli tui machinant mali. Q̄
bꝰ ille respōdit. Aliē ē. Immunita tre huiꝰ
considare uenistis. Et illi. Duodecī inqūt
sumꝰ frs̄ sumꝰ. filii uiri unīꝰ in tra cha

15

naan. minimus est cum patre nostro, alius non est super.
Hoc est ait quod locutus sum: exploratores estis.
Iam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem pharao
nis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus.
Mittite e vobis unum, et adducat eum. Vos autem eri
tis in vinculis, donec probentur que dixistis, utrum falsa
an vera sint. Alioquin per salutem pharaonis explo
ratores estis. Tradidit ergo eos custodie tribus
diebus. Die autem tertio eductis e carcere ait. Facite
que dixi et vivetis. Deum enim timeo. Si pacifi
ci estis frater vester unus ligetur in carcere. Vos autem abite
et ferte frumenta que emistis in domos vestras. Et
fratrem vestrum minimum ad me adducite: ut pos
sim vestros probare sermones et non moriemini. Fece
runt ut dixerat. Et locuti sunt invicem. Merito
hec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum, viden
tes angustiam anime eius cum deprecaretur nos. et non audi
vimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus
unus ruben ait. Numquid non dixi vobis nolite pec
care in puerum? et non audistis me. En sanguis eius
exquiritur. Nesciebant autem quod intelligeret ioseph
eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Avertitque
se parumper et flevit: et reversus locutus est ad eos.
Tollensque symeon et ligans illis presentibus: ius
sit ministris ut implerent saccos eorum tritico.
et reponerent pecunias singulorum in sacculis
suis: datis supra cibariis in via. Qui fecerunt ita.
At illi portantes frumenta in asinis profecti sunt.
Apertoque unus sacco, ut daret iumento pabulum
in diversorio: contemplatus pecuniam in ore sac
culi dixit fratribus suis. Reddita est mihi pecunia.
En habetur in sacco. Et obstupefacti turbatique dixe
runt mutuo. Quidnam est hoc quod fecit nobis deus:
Veneruntque ad iacob patrem suum in terram chana
an, et narraverunt ei omnia que accidissent sibi dicen
tes. Locutus est nobis dominus terre dure, et puta
vit nos exploratores esse provincie. Cui respondi
mus. Pacifici sumus: nec ullas molimur insidias.
Duodecim fratres uno patre geniti sumus: unus
non est super. Minimus cum patre versatur in terra cha
naan. Qui ait nobis. Sic probabo quod pacifici
estis. Fratrem vestrum unum dimittite apud me.

et cibaria domibus vestris necessaria sumite et abite. Fratrem
que minimum adducite ad me, ut sciam quod non sitis
exploratores. Et istum qui tenetur in vinculis possi
tis recipere. Ac deinceps emendi que vultis habea
tis licentiam. His dictis cum frumenta effunderent
singuli reppererunt in ore saccorum ligatas pecuni
as. Exterritisque simul omnibus: dixit pater iacob. Absque
liberis me esse fecistis. Joseph non est super. Symeon
tenetur in vinculis: beniamin auferetis. In me
hec mala omnia reciderunt. Cui respondit ruben. Du
os filios meos interfice: si non reduxero illum tibi.
Trade in manu mea: et ego eum tibi restituam.
At ille. Non descendet inquit filius meus vobiscum:
frater eius mortuus est. ipse solus remansit. Si quid ei ad
versi acciderit in terra ad quam pergitis. deducetis
canos meos cum dolore ad inferos.

XLIII

Interim fames omnem terram vehe
menter premebat. Consumptisque cibis quos ex e
gypto detulerant. dixit iacob filios suos Re
vertimini et emite pauxillum [illegible] escarum. Respondit
iudas. Denuntiavit nobis vir ille sub testi
ficatione iurandi dicens. Non videbitis faciem
meam: nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobis
cum. Si ergo vis mittere eum nobiscum pergemus pariter et e
memus tibi necessaria. Sin autem non vis. non ibimus. Vir enim ut
sepe diximus denuntiavit nobis dicens. Non vide
bitis faciem meam absque fratre vestro minimo. Dixit
eis israel. In meam hoc fecistis miseriam: ut indi
caretis ei et alium habere vos fratrem. At illi responderunt.
Interrogavit nos homo per ordinem nostram progeniem:
si pater viveret. si haberemus fratrem: et nos respondimus
ei consequenter iuxta id. quod fuerat sciscitatus. Numquid
scire poteramus. quod dicturus esset. adducite vo
biscum fratrem vestrum: Iudas quoque dixit patri suo. Mit
te puerum mecum ut proficiscamur et possimus vi
vere: ne moriamur nos et parvuli nostri. Ego sus
cipio puerum: de manu mea requere illum. Ni
si reduxero et tradidero eum tibi. ero peccati reus
omni tempore. Si non intercessisset dilatio: iam vice altera
venissemus. Igitur israel pater eorum dixit ad eos. Si
sic necesse est: facite quod vultis. Sumite de op
timis terre fructibus in vasis vestris. et deferte

uiro munera. modicum resine et mellis. et storacis et stactes et therebinti et amigdalarum pecuniamque duplicem ferte uobiscum. et illam quam inuenistis in saccis reportate: ne forte errore factum sit. Sed et fratrem uestrum tollite: et ite ad uirum. Deus autem meus omnipotens faciat uobis eum placabilem: et remittat uobiscum fratrem uestrum quem tenet et hunc benyamin. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero. Tulerunt ergo uiri munera et duplicem pecuniam et benyamin. Descenderuntque in egyptum: et steterunt coram ioseph. Quos cum ille uidisset, et benyamin simul: precepit dispensatori domus sue dicens. Introduc uiros et occide uictimas et instrue conuiuium. quoniam mecum sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut fuerat imperatum: et introduxit uiros domum. Illique exterriti dixerunt mutuo. Propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris introducti sumus. ut deuoluat in nos calumpniam. et uiolenter subiciat seruituti et nos et asinos nostros. Quam ob rem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt. Oramus domine ut audias. Iam ante descendimus ut emeremus escas. Quibus emptis. cum uenissemus ad diuersorium. aperuimus sacculos nostros et inuenimus pecuniam in ore saccorum. quam nunc eodem pondere reportauimus. Sed et aliud attulimus argentum: ut emamus que necessaria sunt. Non est in nostra conscientia. quis eam posuerit in marsupiis nostris. At ille respondit. Pax uobiscum: nolite timere. Deus uester et deus patris uestri dedit uobis thesauros in sacculis uestris. Nam pecuniam quam dedistis michi probatam ego habeo. Eduxitque ad eos symeon. Et introductis domum attulit aquam et lauerunt pedes suos: deditque pabula asinis eorum. Illi uero parabant munera donec ingrederetur ioseph meridie. Audierant enim quod ibi comesturi essent panem. Igitur ingressus est ioseph domum suam: obtuleruntque ei munera tenentes in manibus. et adorauerunt proni in terram. At ille clementer resalutatis eis. interrogauit eos dicens. Saluusne est pater uester senex. de quo dixeratis michi: Adhuc uiuit: Qui responderunt. Sospes est seruus tuus pater noster: adhuc uiuit. Et incuruati adorauerunt eum. Attollens autem oculos ioseph uidit benyamin fratrem suum uterinum: et ait. Iste est frater uester paruulus de quo dixeratis michi? Et rursum. Deus inquit misereatur tui fili mi. Festinauitque quia commota fuerant uiscera eius super fratre suo: et erumpebant lacrime. Et introiens cubiculum fleuit. Rursusque lota facie egressus continuit se et ait. Ponite panes. Quibus appositis seorsum ioseph et seorsum fratribus. egyptiis quoque qui uescebantur simul seorsum. Illicitum est enim egyptiis comedere cum hebreis. et prophanum putant huiuscemodi conuiuium. Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua et minimus iuxta etatem suam. Et mirabantur nimis sumptis partibus quas ab eo acceperant. Maiorque pars uenit benyamin: ita ut quinque partibus excederet. Biberuntque et inebriati sunt cum eo.

XLIIII

Precepit autem ioseph dispensatori domus sue dicens. Imple saccos eorum frumento quantum possunt capere et pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Ciphum autem meum argenteum et pecuniam quam dedit tritici pone in ore sacci iunioris. Factumque est ita. Et orto mane dimissi sunt cum asinis suis. Iamque urbem exierant et processerant paululum. Tunc ioseph accersito dispensatore domus ait. Surge inquit persequere uiros. et apprehensis dicito. Quare reddidistis malum pro bono? Sciphum quem furati estis ipse est in quo bibit dominus meus: et in quo augurari solet. Pessimam rem fecistis. Fecit ille ut iusserat. et apprehensis per ordinem locutus est. Qui responderunt. Quare sic loquitur dominus noster. ut serui tui flagitium commiserint: Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorum reportauimus ad te de terra chanaan: et quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum uel argentum: Apud quemcumque fuerit inuentum seruorum tuorum quod queris. moriatur. Et nos serui erimus domini nostri. Qui dixit eis. Fiat iuxta uestram sententiam. Apud quem fuerit inuentum ipse sit seruus meus: uos autem eritis innoxii. Itaque festinato deponentes in terram saccos aperuerunt singuli. Quos scrutatos incipiens a maiore usque ad minimum inuenit sciphum in sacco benyamin. At illi scissis uestibus oneratisque rursum asinis reuersi sunt in oppidum. Primus

q; iudas cū frīb' ingssus ē ad yoseph. Nec
dū enī de loco abierat. Omsq; añ eū in trā
pit' corruert. Q'b' ille ait. Cur sic age uolu
istis. An ignoratis q̄d nō sit silis mī in augu
riandi sciā. Cui iudas. Q̄d rñdebim' inq̄t
dn̄o m̄o ul' q̄d loqm̄. aut iuste poterim' obtn̄
re. Ds inuenit iniq̄tatē suor̄ tuor̄. En oēs
s'ui sum'. dn̄i mī ⁊ nos. ⁊ apd' quē inuēt'
ē ciph'. Rñ yoseph. Absit a me ut sic agā.
Q' furat' ē cyphū. ipē sit s'u' m's. uos aūt abi
te liberi ad prēm urm̄. Accedēns iudas ꝑpius
ꝯfidenter ait. Oro dn̄e mi loq̄t' s'u' tu' u'bū in
aurib' tuis ⁊ ne irascaris famło tuo. Tu es
enī post pharaonē dn̄s m's. Interrogasti p'us ser
uos tuos. Hētis prēm aut frēm. ⁊ nos re
spondim' tibi dn̄o m̄o. Est nob pr̄ senex ⁊ pu
er paruul' q in senecta illi natus ē. cui utinus
frē mortu' ⁊ ipm̄ solū hȝ mat' sua. pat' uo
tenē diligit eū. Dixistiq; s'uis tuis. Addu
cite eū ad me. ⁊ ponā oclos meos s' illū.
Suggessim' dn̄o m̄o. n̄ pot puer relinq̄re
prēm suū. Si enī illū dimisit. morier'. Et
dixisti s'uis tuis. Nisi uenit frē urē mīm'
uobiscū. n̄ uidebitis ampli' faciē meam.
Cū g' ascēndissem' ad famłm tuū prēm nos
trū. narrauim' ei oīa q̄ locut' ē dn̄s meus.
Et dixit pr̄ nr̄. Reu'timī ⁊ emite nob parū
tritici. Cui diximus. Ire n̄ possum'. Si frē nr̄
minim' descēndit nobcū pficiscem' simł. alī
oq̄n illo absente n̄ audem' uidē faciē uiri.
Ad q̄ ille rñdit. Vos scitis q̄d duos genuit
m̄ uxor mā. Egssus ē un' ⁊ dixistis bestia
deuorauit eū. ⁊ huc usq; n̄ ꝯparet. Si tulli
tis ⁊ istū. ⁊ aliq̄d ei ī uia ꝯtigit. deducetis
canos meos cū merore ad infos. Igit' si in
trauero ad s'uū tuū prēm nrm̄. ⁊ puer de
fuit. cū aīa illi' ex hui' aīa pendeat. uideritq;
eū n̄ eē nobiscū. morietur. ⁊ deducent
famłi tui canos ei' cū dolore ad infos. Ego
ꝑpe s'uus tu' q in meā hūc recepi fidē. ⁊ spo
pondi dicēns. Nisi reduxero eū pecī reus ero ī
prēm meū oī tpe. Manebo itaq; s'u' tuus
p puo. in ministeriū dn̄i mī. ⁊ puer ascēdat
cū frīb' suis. Nō enī possū redire ad prēm abs
te puo. ne calamitatis q̄ oppssura ē prēm me
ū testis assistam.

XLV xlv

Non se poterat ult' cohibē ioseph. multis co
rā astantib'. vn̄ p̄cepit ut egdernt cūc
ti foras. ⁊ null' interess; alien' agnitōi
mutue. Eleuauitq; uocē cū fletu. q̄m audi
erūt egyptij. oīsq; dom' pharaonis. Et dixit frīb'
suis. Ego sū ioseph. Adh' pr̄ m's uiuit. Nec
poterāt rñdē frēs. nimio timore ptiti. Ad
q̄s ille clemēt. Accedite inq̄t ad me. Et cū ac
cessisset ꝑpe. ego sū ait yoseph fr̄ ur̄ quē
uēdidistis ī egyptū. Nolite pauē. n̄ uob du
rū eē uideat' q̄d uēdidistis me ī his regio
nib'. P salute. n. ur̄a misit me ds̄ añ uos ī
egyptū. Biēniū ē q̄d fames eē cepit ī tra.
⁊ adh' āni v. restāt q̄b' n̄ arari pot'it n̄ me
ti. Premisitq; me ds̄ ut reseruemī s' trā. ⁊
escas ad uiuendū hrē possitis. Nō urō ꝯsi
lio. s; dī huc uolūtate missus sū. q fecit
me. q prēm pharaonis. ⁊ dn̄m uniuse dom'
ei'. ac pncipē ī oī tra egypti. Festinate ⁊ as
cēdite ad prēm meū. ⁊ dicetis ei. Hec mā
dat fili' tu' ioseph. Ds̄ me fecit dn̄m uni
use trē egypti. descēde ad me ne moreris
⁊ hītabis in tra gessen. eris q; iux' me tu ⁊ fi
lij tui ⁊ filij filior̄ tuor̄ oues tue ⁊ armēta
tua ⁊ uniusa q̄ possides. ibiq; te pascam.
Adh. n. āni v. residui s' famis. ne ⁊ tu pe
as ⁊ dom' tua. ⁊ oīa q̄ possides. En ocli urī
⁊ ocli frīs mī benyamin uidēt q̄d os me
ū loq̄t' ad uos. Nūciate prī mō uniusam
glām meā. ⁊ cūcta q̄ uidistis ī egypto.
Festinate ⁊ adducite eū ad me. Cūq; am
plexat' recidiss; ī collū beniamī frīs sui
fleuit. illo q; silr̄ flente s' collū ei'. Oscu
latusq; ē yoseph oēs frēs suos. ⁊ plora
uit s' singłos eor̄. Postque ausi s' loq
ad eū. Auditūq; ē ⁊ celebri sinoē uulgatū
ī aula regis. uenerūt frēs yoseph. Et gaui
sus ē pharao atq; oīs familia ei'. Dixitq; ad
ioseph ut īparet frīb' suis. dicēns. Onā
tes iumēta ite ī trā chanaan. ⁊ tollite in

prēm uēm ⁊ cognatōem ⁊ uenite ad me.
ego dabo uob oīa boā egypti. ut comedatis
medullā t're. Pcipe q'z ut tollāt plaustra de t'
ra egypti ad subuectōem puulor suor ⁊ co
iugū. ac dicito. Tollite prēm uēm ⁊ pp'ate
q'ntocius uenientes. nē dimittatis q'cq'm de sup
pellectili uestra. q' omis opes egypti ure
erunt. Feceruntq; filij isrl' ut eis mādatū fuāt.
Q'b' dedit ioseph plaustra scdm pharaonis ip'i
ū. ⁊ cibaria ī itinere singlisq; pferri iussit bi
nas stolas. Beniamin u° dedit trecentos ar
genteos c̄ v. stolis optimis. tantūdē pecunie
⁊ uestiū mittens prī suo. addens ei asinos. x.
q' subueherent ex oib' diuitijs egypti. ⁊ toti
dē asinas. tricū in itinere panesq; portantes.
Dimisit g' fres suos. ⁊ pficiscētib' ait. Ne
irascamini ī via. Q' ascēdentes ex egypto ue
nerunt ī trā chanaan. ad prēm suū iacob. ⁊
nūtiauerunt ei dicentes. Joseph uiuit. ⁊ ipe dn̄a
t' in oī t'ra egypti. Q° audito iacob. q' de graui
sopno euigilās. ait. tñ n̄ credebat eis. Jlli e' re
ferebāt omnē ordinē rei. Cūq; uidisset plaustra
⁊ uniusa q' miserat reuixit sps ei'. ⁊ ait. Suffi
cit mihi. si adhuc filius meus ioseph uiuit. vadā ⁊
uidebo illū anq'm moriar. XLVI

Profectusq; isrl' cū oīb; q' hēbat ue
nit ad puteū iuramenti. ⁊ mactatis i
bi uictimis dō pris sui ysaac. audiuit
eū p uisionē noctis uocantē se ⁊ dicentē s.
Jacob. iacob. Cui rn̄dit. Ecce assū. Ait illi
Ds. Ego sū fortissim' ds pris tui. noli ti
mere ⁊ descende ī egyptū. q' ī gentē magnā
faciā te ibi. Ego descendā tecū illuc. ⁊ ego in
adducā te reuertentē. ioseph q'q; ponet ma
nū suā sup oclos tuos. Surrexit iacob a
puteo iuramenti. tulerūtq; eū filij cū puu
lis ⁊ uxorib' suis ī plaustris q' miserat phāo
ad portādū senē. ⁊ oīa q' possedāt ī t'ra cha
naan. ueneruntq; in egyptū c̄ oī semine suo.
filij ei' ⁊ nepotes. filie. ⁊ cūcta simul pgeni
es. Hec st' noīa filior isrl' q' ingressi st'
ī egyptū cū liblis suis. pmogenitus ruben.
filij ruben enoch. ⁊ phallu ⁊ esrom ⁊ char
mi. filij symeon iemuhel. ⁊ yamin. ⁊
ahod. yachin. ⁊ saer ⁊ saul filī chanani

tidis. filij leui gson. chaath ⁊ merari. filij
iuda. her ⁊ onan. ⁊ sela ⁊ phares ⁊ zara. Mor
tui st' aūt her ⁊ onan ī t'ra chanaan. Natiq; sūt
filij phares esrom ⁊ amul. filij ysachar tho
la ⁊ phua. ⁊ iob ⁊ semron. filij zabulon. sa
red. ⁊ helon. ⁊ iahelel. Hij filij lye q's genu
it ī mesopotamia syrie cū dina filia sua.
Omsq; aīe filior ei' ⁊ filiarū xxx. ⁊ tres. filij
gad sephion. ⁊ aggi. suni ⁊ esebon. heri. ⁊ a
rodi ⁊ areli. filij aser yamne. ⁊ iesua. ⁊ ie
sui. ⁊ beria. sara q'q; soror eor. filij beria. he
ber ⁊ melchiel. Hij filij zelphe quā dedit
laban lye filie sue. ⁊ hos genuit iacob.
xvi. aīas. filij rachel uxoris iacob. ioseph
⁊ beniamin. Natiq; st' ioseph filij ī t'ra
egypti. q's genuit ei aseneth filia phuti
pharis sacdotis helypoleos manasses. ⁊
ephraym. filij beniamin bela ⁊ bechor
⁊ asbel. gera. ⁊ naaman. ⁊ echi ⁊ ros. mo
pim. ⁊ ophim ⁊ ared. Hij filij rachel q's
genuit iacob. oms aīe xiiii. filij dan. ⁊
sim. filij neptalim. Jasihel ⁊ guni ⁊ ie
ser ⁊ sallem. Hij filij bale. quā dedit labā
rachel filie sue. ⁊ hos genuit iacob. Oms
aīe vii. Cūcteq; aīe q' ingsse st' c̄ iacob ī e
gyptū. ⁊ egsse de femore illi'. absq; uxori
b' filior lx. vi. filij aūt ioseph q' nati st' ei in
t'ra egypti aīe due. Oms aīe dom' iacob q'
ī gsse st' in egyptū fuē lxx. Misit aūt ante
se iudā. ad ioseph. ut nūtiaret ei. ⁊ ille
occurreret ī gesen. Q° cū puenisset. iūcto io
seph curru suo. ascendit obuiā prī ad eūdē
dē locū. Vidēsq; eū. irruit sup collū ei'. ⁊
int' amplexe fleuit. Dixitq; pr̄ ad ioseph.
Jam letus moriar. q' uidi faciē tuā ⁊ sup
stitē te relinq'. Et ille locut' ē ad fres. ⁊
ad omnē domū pris sui. Ascendā ⁊ nūti
abo pharaoni. dicamq; ei. Fres mei ⁊ dom' pris
mei q' erant ī t'ra chanaan uenerunt ad me.
⁊ st' uiri pastores ouiū. curamq; hūt alen
dor gregū. Pecora sua ⁊ armenta ⁊ oīa q' hre
potuerunt adduxerunt secū. Cūq; uocauit
uos. ⁊ dixit q'd ē op' urm̄. rndebitis. Vi
ri pastores sumus serui tui. ab īfantia nr̄a
usq; in p'sens. ⁊ nos ⁊ pres nr̄i ad pegn̄

dum in terra tua venimus. Hec autem dicetis ut habi
tare possitis in terra gessen: quia detestantur egyp
tii omnes pastores ovium.

XLVII

Ingressus ergo ioseph nuntiavit pharaoni dicens.
Pater meus et fratres. oves eorum et armenta. et cunc
ta que possident venerunt de terra chanaan. et
ecce consistunt in terra gessen. Extremos quoque fra
trum suorum v. viros statuit coram rege. Quos
ille interrogavit. Quid habetis operis? Responderunt. Pa
stores ovium sumus servi tui. et nos et patres nostri
ad peregrinandum in terra tua venimus: quoniam non est
herba gregibus servorum tuorum. ingravescente fame in
regione chanaan. Petimusque ut esse nos
iubeas servos tuos in terra gessen. Dixit
itaque rex ad ioseph. Pater tuus et fratres tui ve
nerunt ad te. Terra egypti in conspectu tuo est
in optimo loco fac habitare eos: et trade eis terram
gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios.
constitue illos magistros pecorum meorum. Post
hec introduxit ioseph patrem suum ad regem: et sta
tuit eum coram eo. Qui benedicens illi et interroga
tus ab eo. quot sunt dies annorum vite tue. respondit.
Dies peregrinationis vite mee. c. xxx. annorum
sunt parvi et mali: et non pervenerunt usque ad dies
patrum meorum quibus peregrinati sunt. Et benedicto re
ge egressus est foras. Joseph vero patri suo et fratribus
suis dedit possessionem in egypto in optimo terre
solo ramesses. ut preceperat pharao. et alebat eos
omnemque domum patris sui. prebens cibaria sin
gulis. In toto enim orbe panis deerat: et oppres
serat fames terram maxime egypti et chanaan.
E quibus omnem pecuniam congregavit pro venditione
frumenti: et intulit eam in erarium regis. Cum
que defecisset emptoribus pretium: venit cuncta egyp
tus ad ioseph dicens da nobis panem. Quare
morimur coram te deficiente pecunia. Quibus ille
respondit. Adducite pecora vestra: et dabo vobis
pro eis cibos. si pretium non habetis. Que cum adduxis
sent dedit eis alimenta pro equis. et ovibus et bubus
et asinis. sustentavitque eos illo anno pro commu
tatione pecorum. Veneruntque anno secundo: et dixerunt
ei. Non celamus domino nostro quod deficiente pecunia
et pecora simul defecerunt. nec clam te est quod absque cor
poribus et terra nichil habeamus. Cur ergo moriemur te vidente?
Et nos et terra nostra tui erimus. eme nos in servitutem
regiam. et prebe semina. ne pereunte cultore rediga
tur terra in solitudinem. Emit igitur ioseph omnem ter
ram egypti vendentibus singulis possessiones suas. pre
magnitudine famis. subiecitque eam pharaoni et
cunctos populos eius. a novissimis terminis egypti
usque ad extremos fines eius. preter terram sacerdotum que
a rege tradita fuerat eis. quibus statuta cibaria ex
horreis publicis prebebantur. et idcirco non sunt compul
si vendere possessiones suas. Dixit ergo ioseph ad
populos. En ut cernitis et vos et terram vestram pharao possidet.
accipite semina et serite agros: ut fruges habere
possitis. Quintam partem regi dabitis. quattuor reliquas
permitto vobis in sementem et in cibos familiis ac li
beris vestris. Qui responderunt. Salus nostra in manu tua
est: respiciat nos tantum dominus noster. et leti serviemus re
gi. Ex eo tempore usque in presentem diem in universa ter
ra egypti regibus quinta pars solvitur. et factum est quasi
in legem. absque terra sacerdotali que libera ab hac conditione
fuit. Habitavit ergo israel in egypto. id est in terra gessen.
et possedit eam. auctusque est et multiplicatus nimis
et vixit in ea. xvii. annis. factique sunt omnes dies
vite illius c.xl.vii. annorum. Cumque appropinquare
cerneret diem mortis. vocavit filium suum ioseph et
dixit ad eum. Si inveni gratiam in conspectu tuo. po
ne manum sub femore meo: et facies michi misericordiam
et veritatem ut non sepelias me in egypto: sed dormi
am cum patribus meis. et auferas me de terra hac. condas
que me in sepulchro maiorum. Cui respondit ioseph.
Ego faciam quod iussisti. Et ille. Iura ergo inquit michi.
Quo iurante. adoravit israel deum conversus ad lectu
li caput.

XLVIII

His ita transactis nuntiatum est ioseph quod e
grotaret pater eius. Qui assumptis duobus fili
is manasse et ephraym ire perrexit. Dixitque est
seni. Ecce filius tuus ioseph venit ad te. Qui confor
tatus. sedit in lectulo. et ingresso ad se ait. Deus omnipotens
apparuit michi in luza. que est in terra chanaan. benedix
itque michi et ait. Ego te augebo et multiplicabo.
et faciam in turbas populorum: daboque tibi terram hanc et semi

tuo p⁹ te. ĩ possessoẽm sempitnã. Duo g̃ filii
tui q̃ nati s̃t in t̃ra egypti. añq̃m huc ue
nirẽ ad te. mĩ erũt ephraym ⁊ manasses.
sic̃ ruben ⁊ symeon. reputabunt̃ m. Reliq̃s
aut̃ q̃s genuis p⁹ eos tui erũt. ⁊ noĩe frm̃ su
orũ uocabunt̃ in possessõib⁹ suis. Michi. n. q̃n
ueniebã de mesopotamia. mortua ẽ rachel
ĩ t̃ra chanaan. ĩ ipõ itinẽ. Eratq; unũ t̃pe. ⁊ i
g̃diebar ephratan ⁊ sepeliui eã iux̃ uiam
ephrate. q̃ alio noĩe appl̃at̃ bethleem. Uidẽs
aut̃ filios ei⁹ dix̃ ad eũ. Q̃ s̃t isti. Rñdit. filii
mĩ s̃t. q̃s dedit m̃ dñs ĩ hoc loco. Adduc in
q̃t eos ad me. ut bñdicã illis. Oculi. n. isrł ca
ligauãnt p̃ nimia senectute. ⁊ clare uidẽ ñ po
terat. Applicitosq; ad se. osculat⁹ ⁊ c̃ūplexus.
dix̃ ad filiũ. Nõ sũ fraudat⁹ asp̃tu tuo. īs̃
ostendit m̃ dñs semẽ tuũ. Cũq; tulisset eos io
seph de gremio p̃ris. adorauit p̃n in t̃rã. ⁊ po
suit ephraym ad dextãm suã. i. ad sinistrã
isrł. manassen ũo ĩ sinistrã suã. ad dextãm. s.
p̃ris. applicuitq; ambos ad eũ. Q̃ extẽdẽs
manũ ad dextãm posuit sr̃ capd̃ effraym
iunioris fr̃is. sinistrã aut̃ sr̃ capd̃ manasse
q̃ natu maior erat. c̃mutãs man⁹. Bñdixitq;
ioseph filios ⁊ ait. Dñs in c̃ ꝯsp̃tu ambulaue
rũt p̃rẽs mĩ abrahã ⁊ ysaac dñs q̃ pascit me
ab adolescẽtia mã usq; in p̃sentẽ diẽ. an
gl̃s q̃ eruit me de cũctis malis. bñdicat
pueris istis. ⁊ inuocet̃ sr̃ eos nomẽ meũ noĩa
q̃; p̃rũm meorũ abrahã ⁊ ysaac. ⁊ c̃scãt in
multitudinẽ sr̃ t̃rã. Uidẽs aut̃ ioseph q̃d po
suisset p̃r suus dextãm manũ sr̃ capd̃ effra
ym. g̃uit̃ accepit. Et app̃hẽsã p̃ris manũ
leuare conat⁹ ẽ de capite effraym. ⁊ tñsfer
re sr̃ capd̃ manasse. Dixitq; ad p̃rẽm. Nõ ita
c̃uenit p̃r. q̃ hic ẽ p̃mogenitus. Pone dex
tãm tuã sr̃ capd̃ ei⁹. Q̃ rẽnuẽs ait. Scio fi
li mi. scio. Et iste q̃dẽ erit ĩ p̃p̃os. ⁊ multiplica
bit̃. s. fr̃ ei⁹ iunior maior illo erit. ⁊ semẽ
ei⁹ c̃scet ĩ gẽtes. Bñdixitq; eis ipõ t̃pe dicẽs.
In te bñdicet̃ isrł. atq; dicet̃. Faciat t̃ dñs
sic̃ effraym ⁊ sic̃ manasse. Cõstituitq; ep
hraym añ manassen ⁊ ait ad filiũ suũ iosep.
Ecce ego morior. ⁊ erit dñs uobiscũ. reducetq;
uos ad t̃rã p̃rũm ũrorũ. Do t̃ p̃tẽ unã ext̃a
fr̃s tuos. quã tuli de manu amorrei. ĩ gla
dio ⁊ arcu mõ.

XLVIIII

Uocauit aũt iacob filios suos. ⁊ ait eis.
Cõggamĩ ut annũtiẽ q̃ uẽtura s̃t uobis.
dieb; nouissimis. Cõggamĩ ⁊ audite
filii iacob. audite isrł p̃rẽm ũrm. Rubẽ
p̃mogenit⁹ mẽs. tu fortitudo mã. ⁊ p̃ncipi
ũ doloris mĩ. Prior ĩ donis. maior ĩ ip̃io. Ef
fusus es sic̃ aqua ñ c̃scas. q̃ ascẽdisti cu
bile p̃ris tui. ⁊ maculasti strã ei⁹. Symeon
⁊ leui fr̃s. uasa iniq̃tatis bellãtia. ĩ ꝯsilio
eorũ ne ueniat aĩa mã. ⁊ ĩ cetu illorũ ñ sit
gl̃a mã. q̃ ĩ furore suo occiderũt uirũ ⁊ in
uoluntate sua suffoderũt murũ. Maledc̃us
furor eorũ q̃ p̃tinax. ⁊ ĩdignatio illorũ q̃ du
ra. Diuidã eos ĩ iacob. ⁊ dispgã eos in isrł.
Iuda te laudabũt fr̃s tui. Manus tua ĩ ceru
cib⁹ inimicorũ tuorũ. ⁊ adorabũt te filii p̃ris tui.
Catul⁹ leonis iuda. ad p̃dam fili mi ascẽdisti.
requiescẽs accubuisti ut leo. ⁊ q̃si leena. q̃s s̃
scitabit eũ. Nõ auferẽ sceptrũ de iuda. ⁊ dux
de femorib⁹ ei⁹ donẽ ueniat q̃ mittẽd⁹ ẽ. ⁊ ip̃e e
rit expectatio gẽtiũ. ligãs ad uineã pullũ su
ũ ⁊ ad uitẽ o fili mi asinã suã. lauabit ĩ ui
no stolã suã. ⁊ in sanguĩe uue palliũ suũ.
Pulchriores s̃t oculi ei⁹ uino. ⁊ dentes ei⁹ lacte
cãdidiores. Zabulon ĩ littore maris habita
bit ⁊ ĩ statiõne nauiũ p̃tingẽs usq; ad sy
donẽ. Ysachar asin⁹ fortis accubãs int̃ t̃mi
nos. uidit requiem q̃d eẽt bonã. ⁊ t̃rã q̃d op
timã. ⁊ supposuit humerũ suũ ad portãdũ.
factusq; ẽ tributis seruiẽs. Dan iudicabit p̃p̃lm
suũ. sic̃ ⁊ alia t̃b⁹ isrł. Fiat dan colub̃ ĩ ui
a. cerastes ĩ semita. mordẽs ungulas equi.
ut cadat ascensor ei⁹ retro. Salutare tuum
expectabo dñe. Gad accinct⁹ p̃liabit̃ añ eum.
⁊ ip̃e accinget̃ retrorsũ. Aser pinguis pa
nis ei⁹. ⁊ p̃bebit delicias regib⁹. Neptalym
c̃u⁹ emissus. ⁊ dãs eloq̃a pulchritudinis. Filius
accrescẽs ioseph. fili⁹ accrescẽs ⁊ decor⁹ asp̃tu.
filie discucurrerũt sr̃ murũ. s; exasperaũt

eum et iurgati sunt. Inuideruntque illi habentes iacula.
Sedit in forti arcus eius et dissoluta sunt uincula bra-
chiorum et manuum illius per manus potentis iacob.
Inde pastor egressus est lapis israel. Deus patris tui
erit adiutor tuus et omnipotens benedicet tibi benedictionibus
celi desuper benedictionibus abyssi iacentis deorsum.
Benedictionibus uberum et uulue. Benedictiones patris
tui confortate sunt benedictionibus patrum eius donec ue-
niret desiderium collium eternorum fiant in capite
ioseph et in uertice nazarei inter fratres suos. Ben-
yamin lupus rapax. Mane comedet predam et uespere
diuidet spolia. Et omnes hii in tribubus israel xii. Hec
locutus est eis pater suus. benedixitque singulis benedictionibus
propriis et precepit eis dicens. Ego congregor ad populum
meum sepelite me cum patribus meis in spelunca du-
plici que est in agro ephron hethei contra mambre in
terra chanaan quam emit abraham cum agro ab ep-
hron etheo in possessionem sepulchri. Ibi sepelie-
runt eum et saram uxorem eius. Ibi sepultus est ysaac cum
rebecca coniuge sua. Ibi et lya condita iacet. Finitisque
mandatis quibus filios instruebat. collegit pedes
suos super lectulum et obiit. appositusque est ad populum suum.
L Quod cernens ioseph ruit super faciem patris
flens et deosculans eum. Preceptique seruis
suis medicis. ut aromatibus condirent patrem.
Quibus iussa explentibus. transierunt xl. dies. iste quippe
mos erat cadauerum conditorum. Fleuitque eum
egyptus lxx diebus. et expleto planctus tempore locu-
tus est ioseph ad familiam pharaonis. Si inue-
ni gratiam in conspectu uestro. loquimini in auribus pharao-
nis. eo quod pater meus adiurauerit me dicens.
En morior. in sepulchro meo quod fodi mihi in
terra chanaan sepelies me. Ascendam igitur et sepe-
liam patrem meum ac reuertar. Dixitque ei pharao. As-
cende et sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. Quo
ascendente ierunt cum eo omnes senes domus pharaonis
cunctique maiores natu terre egypti. Domusque
ioseph cum fratribus suis absque paruulis et gregibus at-
que armentis. que dereliquerant in terra gessen. Habuit quoque
in comitatu currus et equites. et facta est turba non mo-
dica. Veneruntque ad aream adad que sita est trans
iordanem. ubi celebrantes exequias. planctu mag-
no atque uehementi impleuerunt vii. dies. Quod cum
uidissent habitatores terre chanaan. dixerunt. Planctus
magnus est iste egyptiis. Et idcirco appellauerunt no-
men loci illius planctus egypti. Fecerunt ergo filii iacob
sicut preceperat eis. Et portantes eum in terram chanaan
sepelierunt in spelunca duplici quam emerat abraham
cum agro in possessionem sepulchri ab ephron etheo. contra
faciem mambre. Reuersusque est ioseph in egyptum cum
fratribus suis et omni comitatu sepulto patre. Quo mor-
tuo. timentes fratres et mutuo colloquentes. ne for-
te memor sit iniurie quam passus est. et reddat
nobis malum omne quod fecimus. mandauerunt ei dicentes.
Pater tuus precepit nobis antequam moreretur. ut hec tibi
illius uerbis diceremus. Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum
tuorum et peccati atque malicie quam exercuerunt in te.
Nos quoque oramus ut seruis dei patris tui dimittas in-
iquitatem hanc. Quibus auditis fleuit ioseph. Vene-
runtque ad eum fratres sui et proni in terram adorauerunt et dixe-
runt. Serui tui sumus. Quibus ille respondit. Nolite ti-
mere. Num dei possumus resistere uoluntati. Vos cogi-
tastis de me malum. et deus uertit illud in bonum. ut
exaltaret me sicut inpresentiarum cernitis. et saluos fa-
ceret multos populos. Nolite metuere ego pascam uos et
paruulos uestros. Consolatusque est eos et blande ac leniter
est locutus. et habitauit in egypto cum omni domo patris
sui. Vixitque cx. annis et uidit ephraym filios
usque ad terciam generationem. Filii quoque machir filii
manasse nati sunt in genibus ioseph. Quibus transac-
tis locutus est fratribus suis. Post mortem meam deus ui-
sitabit uos et ascendere faciet de terra ista ad terram
quam iurauit abraham ysaac et iacob. Cumque ad-
iurasset eos atque dixisset, deus uisitabit uos asporta-
te uobiscum ossa mea de loco isto. Mortuus est ex-
pletis cx. annis uite sue et conditus aromati-
bus repositus est in loculo in egypto. Explicit
liber bresith. i. genesis.

A1-4 are now represented by their stubs, and A5-B12 are
numbered 1-18.

Explicit / liber Bresit, id est Geneseos